

Allegrezza

THOMÆ ACTII
FOROSEMPRONIENSIS
Iuriſconſulti Equitis, &
COMITIS AVLAE LATERANENSIS
ROTÆQ. PICENI AVDITORIS.

TRACTATVS NOVVS LEGALIS.
DE INFIRMITATE,
eiusq; priuilegijs, & effectibus.

In quo, & de comparatis ipſis ægrotis, nempè ſenibus, mulieribus prægnantibus, pauperibus, abſentibus, conſtitutis in mortis articulo, vel periculo, cæcis, mutis, ſurdis, peſte infectis, debilibus, debilitatis, alijsq; impeditis plenè agitur.

NON ABSQ. SVMMA IVRIS PROFESSORVM VTILITATE.

Cum Summarijs, & duplici Rubricarum, & materiarum Indice.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D C I I I.





ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. D. OCTAVIO BANDINO S. R. E. CARDINALI, ET PICENI DE LATERE LEGATO AMPLISSIMO.

Thomas Actius. S. P. D.



ANITAS Ex Galeni ſententia rerum omnium optima eſt: ea enim neglecta, vt ſcribit Hippocrates, nulla eſt ceterarum rerum voluptas; & ſine qua, vt Orpheus cecinit, cuncta ſunt hominibus inutilia, quare non ab re, qui ſanus, eſt diues eſt, factum eſt iam tritũ ſermone prouerbium; Bonamq́; corporis valetudinem humanæ felicitatis partem eſſe Sapientes exiſtimarunt; quod cum ita ſit, meus de Infirmitatis priuilegijs Tractatus penitus ineptus eſſe videtur, & ad Medicos potius, quam ad Iureconſultos pertinere. Verùm ſi diligenter conſideretur, apparebit huiuſmodi argumentum etiam Iuriſconſultorum eſſe, cum quotidie multa contingere ſoleant, quæ diſſoluere neceſſe ſit, ita vt ſparſim, ac ieiune per Noſtrates de Ægritudine ſcripta colligendo, (nullus enim adhuc hoc ordine, locorumq́; copia præſtitit, quod abſq; inuidia dictum ſit) operæprecium me feciſſe exiſtimem. Sanitaſq́; paullò ante laudata nihil detrahit ægritudinis Priuilegijs: neque ipſa Ægritudo, à Deo rerum omnium auctore proue-

niens, vituperanda eſt, & nullus Sapiens eam malam duxit, ac in ſorte malorum numerauit. Immò, teſte Apoſtolo, virtus in Infirmitate perficitur, vnde Diuus Franciſcus non ante perfectus euaſit, quam in grauem morbum incidiſſet. Ægrotus enim terrena contemnere didicit, quæ ſanus dilexerat: Æger ſoli Deo ſeruiendum eſſe intellexit, cum prius negociationibus vacaſſet: Aeger ad viam virtutum properauit, in qua ſanus lento admodum pede ambulauerat: ideo non abſque ratione Plinius Iunior ad Maximum, nuper, inquit, me amici languor admonuit, optimos eſſe nos, dum infirmi ſumus: quem enim infirmum aut auaritia, aut libido angit? non amoribus ſeruit, non gulæ: honores non appetit, opes negligit, Deum agnoſcit, hominē ſe eſſe meminit, inuidet nemini, neminem admiratur, aut deſpicit, nec malignis ſermonibus aures patefacit, vergenteq́ deorſum conditione corporea, feruor ſpiritus ad ſublimiora conſcendit, quod maximum ægritudinis Priuilegium eſſe reor, ne alia hic referam, de quibus amplè in hoc Tractatu ſermo habetur, quem ſub tuæ Amplitudinis nomine pluribus de cauſſis in manus hominum venire volui, quarum præcipua eſt, quod cum noſtræ ſalutis auctor Medicum ſe vocauerit, Sacerdotesq́ maximè Prælati eodem ſint nomine decorati, (vnde apud Aegyptios, & Perſas ijdem Sacerdotes erant, & Medici) meum erat Sacerdotem, & Prælatum, qualis tu es, deligere, cui Infirmus noſter rectè committi poſſet: tibi enim longè maiora credita ſunt in iſto tuo honeſtiſſimo Legationis munere, in quo tanta cum laude verſaris, vt omnes tuam ſingularem induſtriam, prudentiā, grauitatem, & ſapientiam commendent: & eximiam benignitatem admirentur, qua vt mè, & filios meos foueas, te oro, atque obteſtor. Et ſi tibi meos hos labores, quales quales ſint, non diſplicuiſſe intellexero, præclarè mecum actum putabo. Vale.

Maceratæ kal. Maij. MDCIII.

ANTONII VIVIANI V. I. D. VRBINATIS

In Tractatum de Infirmitate THOMÆ ACTII, tunc Hernicorum Propræsidis, Epigramma.



ERLEGE Lector opus, quod THOMAS Actius edit
Noſcat vt hoc Æger quid ſibi detur agi.
Hic eſt, hic iuris præſtans, legumq; peritus.
Et ſeruat Thomæ ſtemmata doctus Aui
Gaudeat hocq; Parens Antonius ipſe Maria
Iure potens, vitæ, Religione, Fide,
Vt plures referunt populi, quos ipſe benignè
Rexit, at Vrbinâs hoc magis, atq; magis.
Iuſtitiam cuius coluit, pia iura, fidemq;
Tollit & excelſum nomen ad aſtra ſuum.
Talia nunc ſectans veſtigia recta Parentis
Filius hic THOMAS dignus honore ſubit.
Campanos ſancto Populos qui iure, bonoq;
Propræſul rexit gratus vbiq; foro.
Qui ſcriptis etiam iuris monumenta reliquit,
Monſtret vt ingenij lumen in Orbe ſuum.
Otia qui vt tandem doceat fugienda, ſub ipſo
Perſcripſit morbo quæ facienda forent.
Quid tibi nunc liceat, quid poſſit & ipſe iubere
Æger habet, quare perlege Lector opus.



ANTONII GIGANTIS FOROSEMPRONIENSIS Poetæ candidiſsimi. Carmen.



Æ gentile tibi nomen benè conuenit, ACTI,
Qui nunquam ceſſans, ſeria ſemper agis.
Actio quin ipſa es meritò dicendus, agendis
Rebus ſic calamo es nauus & ingenio.
Nec modò noſtra bonum, ac frugē te Curia Ciuem
Agnoſcens, actus laudat, amatq; tuos,
Sed plures Vrbes Præturę munus agentis
Nunc etiàm memores, te, tuaq; ácta probant.
Qui verò nondum te vidit, ſcripta legendo
ACTI virtutem ſuſpicit, atq; colit.
Ludus Scacchorum Aſtrҿæ ſub iura redactus
Per te olim imberbem, ſed grauitate ſenem,
Nunc animos recreat ſtudio non prorſus inani,
Quo nempe ingenuum ludere quemque decet.
Ecce iterum profert teſtem maturior ætas
Quam benè ſemper agens otia honeſta teras.
Miro hic corporibus medicamine conſulit ægris,
Quale nec ipſe vnquam repperit Hippocrates.
Namq; Infirmorum dum Priuilegia narrat
Tam ſcitè, ac doctè, tam lepidisq; modis,
Vſq; adeo curas animis euellit edaces,
Vt morbis etiam languida membra leuet.
Sani ergo, atq; ægri tibi debent, cum ſimul omnes
Delectes ludo, conſilioq; iuues.



GVIDI GVIDARELLI CALLIENSIS
Viri ornatissimi. Carmen.



XPERTI vt proprium est Medici explorare latentes
Corporis infirmi humores, pocloq; salubri
Fautrices adhibere manus, & pellere morbos,
Sic isto exemplo THOMAS meres ACTIVS actis
Aptius egregijs, fandi, iurisq; lepore
Et benè tot gestis Præturis celsus, & alto
Non minus ingenio insignis, quam stemmate clarus,
Effectus aliquos, & Priuilegia, multis
Doctorum ex libris cultis congessit in vnum
Tractatum, docuitq; pium medicamen, & aptas
Accumulauit opes, tanquam Podalirius alter;
Quas prudens Iudex odioso in carcere clausis
Debeat, & possit iustè impartirier ægris:
Et quibus ægri ipsi possint à iure fideli,
Iudiceq; à iusto gratas sperare medelas.
Re noscens, quod sæpè homines in carcere trusi,
Vel pædore graui, vel forsan Iudicis ira
Damna ferunt, pœnasq; etiam patiuntur iniquas.
Iudex ergo omnis, qui ius cupit omnibus æqua
Lance ministrare, exactum sudore decoro
Docti hunc sæpè tomum THOMÆ consideret, hocq;
Verset opus, seruetq; eius contenta, rogetq;
Æthereum Patrem, Euboici quod pulueris annos
Proroget Authori populis meliora daturo,
Qui egit, agit, parietq; alios in tempore fructus
Præclaros, cum præclaris consistat in actis
Excellens virtus, nec possit in ocia solui.



IVLII SIGNII POETÆ CLARISS. BONONIEN.
Ad Thomam Actium.



VI tua doctè ACTI præclara volumina voluit
Asserit æternum te meruisse decus.
Iam vicisti alios: quod si te vincere certas
Post modo, quem certes vincere nullus erit.

ANTONII MARIÆ ACTII.
Thomæ Filij. I. C. Epigramma.

ΜΟῦσα τόδ' ὅτθ' ὁράει νεοτεύχεος ἔνδοθι δέλτου
Τῶν Ἀσκληπιαδῶν, καὶ νομικῶν δὲ κλέος:
Πόλλ' ἔπι θαυμάζουσα, καὶ ἀρετῇ αἶνον ἑλοῦσα,
Οὐδὲν ἄτερ χαρίτων, χείλεσι τοῖα λέγει.
Ὀλβιος ὃν τιμῶσιν ὅσοι θεοὶ οὐρανίωνες
Ἐξοχα μὲν Φοῖβος, καὶ μέγας Αἰγίοχος.
Τοὔνεκα οἱ πόρε παῖς Ζηνός γ' ἐνὶ αἰθέρι λάμπων
Ἐργα νόσων διέπειν, καὶ Κρονίδης θέμιδας.

EIVSDEM.

DVM pariter tractas celeberrimo acumine iura
Spem facis, & ægris nobiliore nota
ACTI, disquirent an te consultius ipse
Fecerit Hippocrates, fecerit an ne Macer.



INDEX RVBRICARVM PRIMAE PARTIS

Tractatus de Infirmitate.

†† De



INDEX

INDEX RERVM, ET VERBORVM PRIMAE PARTIS

Tractatus de Infirmitate.

D

E

Excom-

Galeni

G

H

I

Infirmitas

L

M

Ministri

Q

R

S

FINIS.

THOMÆ ACTII
Patritij Forosemproniensis V. I. D.
COMITIS PALATINI,
EQVITISQVE AVRATI.

De Infirmitate, eiusque Priuilegijs, & effectibus Tractatus Legalis.

PARS PRIMA.

PRÆFATIONIS SVMMARIVM.

1 *Infirmitas quid sit iuxta linguæ Latinæ elegantiam.*
2 *Ægrotatio an differat ab ægritudine, & num. 3.*
4 *Pontifices Maximi, & Cæsares politè non sunt locuti.*
5 *Inscriptio Tractatus, de Infirmitate, cur ita facta.*
6 *Valetudinis verbum quomodo sumatur.*
7 *Auctor quare non inscripsit librum de Valetudine, eumq; in duas partes secuit num. 8. Eiusq; protestatio qualis num. 10.*
9 *Artis progressus à generalibus rectè ducitur.*

PRAEFATIO OPERIS.



NFIRMITAS, si latini sermonis elegantiam sequi volumus, est debilitas illa, quæ ex morbo, senectute, similibusq. cõtingit: vnde frequenter Marcus Tullius valetudinis infirmitatem, non simpliciter infirmitatem vsurpat, vt pro Cluent. 2. de legi. de Clari: Oratoribus, & alibi, &

quam nos vulgò infirmitatem vocamus, ægrotatio ab ipſo vocatur, vt cap. 3. dicemus; & quia ægroti ſunt debiles, ideo infirmi dicuntur. l. ſi ſeruum. ff. de verb. oblig. Rebuf. in l. morbus in fi. ff. de verb. ſignifi. Vtq;
2 † ęgrotatio in corpore dicitur, ſic ægritudo in animo, eodem Cic. auctore 3. Tuſcul. At ſicut in iure noſtro huiuſcemodi differentia, inter ægrotationem, & ægritudinem confunditur. l. ſcire etiam oportet. §. conſequens. ff. de excuſat. tut. & not. in rub. & c. 1. extra
3 de cleri. ægro. ita confunditur differentia † inter ægrotationem, & infirmitatem. & tam frequenter leges, & Canones vtuntur vocabulo infirmitatis, pro ægrotatione, vt nihil magis: nam in iure Ciuili eſt. l. 1. ff. de off. Conſu. l. filium in fi. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. ſi cui in fi. ff. ex qui. cau. maior. l. Pamphilo. §. 1. ff. de legat. 3. & in iure Canonico eſt textus in c. illud. 15. q. 1. vt alios ſexcentos ommittam, nam ſummi
4 † Pontifices curam minimè ſumpſerunt politè loquēdi, ſicut nec Cæſares, vt latè comprobat Tiraq. in. l. ſi vmquam, verbo ſuſceperit liberos num. 1. C. de reuo-
5 cand. donat. nemo igitur † admiratione afficiatur, ſi tractatus hic noſter de Infirmitate inſcriptus ſit, non tam enim puris vocabulis, quam notioribus vti volui, ſatiſq; eſſe putaui illas voces vſurpare, quibus ſummi Pontifices, & Cæſares vſi fuerunt, immo ipſimet Iuriſconſulti: apud quos ſæpe legimus, & quidem ornatè, valetudinem pro ægrotatione ſumptam. l. licet autem. l. Celſus. §. 1. ff. de recep. arbi. l. aut ſi ff. de procu.

verùm

6 verùm quia † hoc verbum eſt medium, & pro bona
valetudine ſumitur frequenter. l.continuus.§.cum ita.
ff.de verb.oblig. (eique opponitur inualetudo. c. poſt
translationem verſ.cœterum extra de renunc.) vitãdæ
ambiguitatis cauſſa in libri inſcriptione, infirmitatis,
quam valetudinis vocabulo vti malui. Quem librum
in duas partes ſecui, non ignarus diuiſionem bimem-
brem maiori commendatione dignam cenſeri ex Ca-
gnolo in rub.C.de eden.num.3.& in prima parte ge-
9 neraliora, vniuerſaliaq; infirmitatis ſecui, quia † om-
nis artis progreſſus à generalibus rectè ducitur.l.1.vbi
Doct. ff.ſi cert. pet. in ſecunda autem parte ſingularia
ægrotantium priuilegia collegi, quæ ſparſim ſcripta,
non ſine magno labore, in vnum congeſsi:an operę-
precium fecerim, Tu, Lector optime, tota,vt dicitur,
lege perſpecta, dijudica: Ego enim tua benignitate
confiſus, in ſcenam prodire non dubito, quod fœlix,
10 fauſtumq; ſit: præmiſſa † proteſtatione, vnà cum
Albertino de agnoſ. aſſert. cathol. & hæret. q. 12. &
Burſ.conſi.344.num.45.lib.4 quod nihil intendo di
cere, neq; puto dixiſſe, contra fidem, & ſi ſecus eſſet,
ex nunc reuoco,& ſubmitto me correctioni, ac deter-
minationi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ.


RVBRICA PRIMA.

De multiplici Infirmitatis, languorisq; significatione.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia est vitium intellectus.*
2 *Malitia est vitium affectus.*
3 *Infirmitas corporis, seu carnis duplex, & quæ proprie num. 5.*
4 *Concupiscentia carnis dicitur propriè animæ infirmitas.*
6 *Auctoris intentio in Tractatu Infirmitatis.*
7 *Languor multiplex, & quotuplex, & nu. 9. & prolixior grauat Medicũ n. 8.*
10 *Amantes, & pauperes languere dicuntur.*
11 *Mors melior est, quam vita amara.*

CAPVT PRIMVM.



NFIRMITAS duplex est, animi scilicet, & corporis, seu carnis, vt not. in c. cum infirmitas, extra de pœnit. & remiss. Animi item duplex est, vt inferius capite
1 13. dicemus (omnis † enim spiritualis hominis infirmitas aut est vitium intellectus, & hoc est ignorantia,
2 aut vitium affectus, & hoc † est, malitia, ex sententia Card. Hugonis
3 sup. 13. c. Prouerb.) prætерea corporis, seu carnis infirmitas † dupliciter consideratur: Est enim languor naturæ, qui carnis concupiscen-
4 tia vocatur, quæ verius † animæ infirmitas dici potest, sed ideo carnis dicitur, quia accidit animæ ex coniunctæ carnis corruptione. porrò
5 alia est infirmitas, quæ propriè carnis dicitur, † qua elementorum, seu humorum concordia turbata, ipsa caro afficitur, & tandem dissoluitur. vt hæc omnia bene explicat textus in c. illud. §. sed carnis. 15.
6 q. 1. Et † in hac postrema corporalis infirmitatis specie vagabitur Tractatus noster legalis, secundum nostrorum, non autem Medicorum traditiones, nisi vt à nostris mutuatus fuero, apud quos frequẽter Medicos laudatos inueni, vt colliges ex Tiraq. de nobilit. c. 31. &
7 cum paulò ante languoris mentio habita sit, scias multipliciter † considerari, vt doctè considerat Hugo Eccles. c. 10. circa illa verba, Lan-

guor

8 guor † prolixior grauat Medicum, breuem languorem præcidit Medicus. Primus itaque dicitur languor naturæ, scilicet, fomes; Secundus dicitur ægritudo corporis, quod probat etiam textus in l. inter caussas. §. non omnia. ff. mandati. Tertius est languor studij, scilicet curiositas, de quo Paul. primo Timoth. Languens circa quæstiones & pugnas verborum. Quartus est languor tædij. Hierem. 2.
9 Eram quasi languidus ante faciem Regis. Quintus † est dolor, seu pœna veteris peccati. Deuter. 7. Auferet à te Dominus omnem languorem. Sextus est timor iudicij. Eccles. c. 18. Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga te ipsum. conferunt hęc Sallustij verba, Si paulum vos languere viderint. i. timere, omnes feroces aderũt. Septimus dicitur languor captiuitatis. Oseæ. 5. Vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum. Octauus dicitur languor
10 † amoris. Cant. 5. Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt annuncietis ei, quia amore langueo. Nonus est paupertatis languor. vt in Psal. Oculi mei languerunt præ inopia, & Eccles. 30.
11 de languore dicitur, Melior † est mors, quam vita amara, & requies æterna, quam languor perseuerans. alia præmissis similia petes à Pet. Rebuff. in l. morbus in fi. ff. de verb. signifi. de multiplici Infirmitate plura colliges à Petro Berchono indictio. morali par. 2. ver. Infirmitas, ad quem me refero, & ad Illustriss. Card. Toletum de instruct. Sacerd. lib. 6. cap. 4. in princ. vbi cõsiderat Infirmitatem languoris ex morbo. Complexionis, cum quis facilè in morbum labitur, vt valetudinarij. Ætatis, vt in pueris, & senibus, conditionis vt in mulieribus grauidis, & lactantibus.

RVBRICA SECVNDA.

De Infirmitatis, vitijque differentijs.

SVMMARIVM.

1 Infirmitas in genere sumpta, quæ comprehendat, & in quo à vitio discrepet num. 2.

3 Infirmitas absque aliqua imbecillitate esse nequit.

4 Deformis non dicitur Infirmus, sed vitiosus. Intell. vt num. seq. & vbi tra-

tractetur deformitatis materia num.6.ob quam olim dabatur libellus repudij num.7.

8 *Turpitudo magnum malum.*

9 *Irascendum an sit, morbum obijcienti.*

10 *Deus cor intuetur.*

CAPVT SECVNDVM.

INTER infirmitatem, & vitium multum interest, si ipsius Infirmitatis descriptionẽ, proprietatemq; attendimus, (singula qualia sint suis locis proponemus.) secus si, vt sępe accidit, Infirmitas generaliter sumatur;
1 quia tunc † sub eius vocabulo, quod aliquando, etiam in vitio accidit, & animi, & corporis incommoda continentur. verùm
2 & hoc casu inter hæc quædam inesse videtur † subtilis differentia, si vitium est, ex Ciceronis sententia 4. Tuscul. Cum partes corporis inter se dissident, ex quo prauitas membrorum, distortio, deformitas te-
3 ste Balduino in l. 1. ff. de ædil. edi. Infirmitas autem † cum absque imbecillitate aliqua propriè esse nequeat, à vitio distingui videtur. ideoq;
4 deformes nõ censeo † propriè infirmos vocari posse, sed vitiosos: nisi forte fortuna proueniret deformitas ex alicuius mẽbri amputatione,
5 ad tradita per Doct. in aut. sed nouo iure. C. de ser. fugit. tunc † enim quia ex ea deformitate corpus infirmum, ac debile redderetur, deformis ille lato infirmitatis vocabulo infirmus non malè vocaretur. alia
6 in materia † deformitatis in vnum congessi in meo de ludo Scacchorum tractatu. q. 1. princ. nu. 22. & seq. vt fecit etiam Hosti. in summa sub rub. de corp. vitiat. & Menoch. de arbit. iud. quæst. c. 226. diciturq;
7 Deuter. c. 24. † Si acceperit homo vxorem, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fęditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. pulchre igitur
8 Cic. 3. off. An † est vllum maius malum turpitudine? quæ si in deformitate corporis habet aliquid offensionis, quanta illa deprauatio, & fœditas turpificati animi videri debet: nam vt dicebat Crassus, (eodẽ Cicerone autore 2. de Orat.) quæ natura, aut fortuna dantur hominibus, in ijs nos vinci, animo æquo pati possumus: quæ autem ipsi sibi homines parare possunt, in ijs nos pati vinci non debemus. & in simili

9 mili dixit Caſtellanus Ciuis noſter de off. Regis lib.4.c.18. non † eſſe iraſcendum ei, qui morbū obijcit, quia nihil præſtandū præter culpā. ſubditq; vitia etiam animi, non falsò obiecta ferenda, & corrigenda, falsò obiecta negligenda. & Eccleſ. 11. dicitur, Non laudes virum in ſpecie ſua, neque ſpernas hominem in viſu ſuo. & 1. Reg. 16. habetur,
10 Deū iuxta † intuitū hominis non iudicare, ſed cor intueri. & Bernar. ſerm. 69. ait, Deum corporis decorem non requirere, ſed animæ pulchritudinem.

RVBRICA TERTIA.

De morbi, vitijq; diſcrimine.

SVMMARIVM.

1 Morbi etymologia, & in quo à vitio differat, ex Modeſtini ſententia nu.2. & Ciceronis nu.3. qui concordantur nu.6.
4 Ægrotatio morbus cum imbecillitate dicitur.
5 Vitium eſt cum partes corporis diſſident.
7 Vlpiani ſententia circa vitium, & morbum.
8 Morbus nihil à vitio differt quo ad edictum, ſed extra edictum ſic. nu. ſeq.

CAPVT TERTIVM.

1 MORBVS † dicitur, quia ex eo mors prouenit, ſi credimus Ploto tract. de in litem iur. §.7. poſt nu. 5. pag. mihi 105. & quidam dicebat, morbum eſſe principium
2 mortis, mortemq; finem morbi. qui dicitur † tēporalis corporis imbecillitas, vitium perpetuū corporis impedimentum, vt ſcripſit Modeſtinus in l. inter ſtuprum. §. verum. ff. de verb. ſignif. Cuius ſententiam ab antiquis Auctoribus cōprobari dixit Balduinus in l. 1. ff. de ædil. edi. At Cicero Tuſcul. 4. aliter ſentire
3 † videtur. Morbum, ait, appellant totius corporis corruptionem.
4 Ægrotationem † morbum cum imbecillitate. Vitium † cum corpo-
5 ris partes inter ſe diſſident. Et Ioannes Braccheus in d. l. inter ſtuprū.

§. verum.

6 §.verum. cōiungendo Ciceronis,& Modestini dicta, affirmat, † Morbum ad tempus, totius corporis constitutionem occupare, Vitiū verò perpetuò aliquam corporis partem; vt si quis luscus sit, balbus, clau-
7 dus, gibbosus. Vlpianus autem † in l.1.§.sed sciendum. ff. de ædil.edi. tam perplexam de verbis controuersiam, quæ Grammaticorū potius, quam Iurecōsultorum esse videtur, aspernatus, breuibus rem absoluit,
8 vitium, & morbum pro eodem sumendo. vnde † quoad edictum nō differunt, nisi dicatur, vitium animi, vt benè docet Cæpol. in d.l.1.ff.
9 de ædil.edi. Sed † extra edictum, vt post gloss. alij ibi notant, morbi appellatio, ad corpus, vitium ad animum pertinet; ita tamen vt vitiū, etiam propriè dici possit, perpetuum corporis impedimentum d.l. inter stuprum.§.verum, vbi Rebuff. multa alia considerat ad hoc caput facientia, quæ transcribenda non duxi.

RVBRICA QVARTA.

De morbi, Infirmitatisque collatione.

S V M M A R I V M.

1 *Infirmitas, & morbus æquipollent secundum Hostien. sed Auctor contra nu.2. & 13.*
3 *Morbi appellatione an leuis lippitudo, similiaq; veniant.*
4 *Exceptio est de genere regulæ.*
5 *Sontici morbi dicuntur vim grauiter nocendi habentes.*
6 *Morbi descriptio.*
7 *Corporis leuia impedimenta in edicto ædilium non considerantur. Declara vt nu. seq. 8. & 9.*
10 *Febrem tertianam, quartanamve habens an redhiberi possit.*
11 *Morbosus quis dicatur.*
12 *Debilitas præcedentis morbi vtrum excuset à contumacia.*
14 *Febricula leuis non dicitur febris.*
15 *Tortura leuis non dicitur tortura.*
16 *Redhibitoria actio non datur pro paruis vitijs.*
17 *Venditori animalium datur cautela.*
18 *Capræ sine febri non sunt.*

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

MORBVS cum Infirmitate ſtrictè ſumpta cõferri poſſe
videtur, quia vtrumq; verbum propriè corporis incõ-
1 moda reſpicit, vt in præced. dictum fuit. Vnde † Hoſti.
in ſua Summa tit. de Cler. ægro. Infirmitatem pro mor-
2 bo accipit, & è conuerſo. Ego † tamen ſubtilius mor-
bum conſidero, vt leuiora etiam corporis incommoda comprehen-
3 dat, quæ corpus ipſum non debilitant. Ideoq; † leuis lippitudo, leuis
dentis, auriculæve dolor, aut mediocre vulnus, leuiſq; febricula mor-
bus dicitur. vt probat text. in l. ob quæ vitia in fi. ff. de ædi. edi. vbi in-
quit Vlpianus, non omnem morbum dare locum redhibitioni, & prę
4 narrata corporis incõmoda excipit: vnde cum exceptio † ſit de gene-
re regulæ, vt communiter docent ſcribentes in l. 1. ff. de reg. iur. mor-
bos quoq; leues, ſub morbi vocabulo comprehendi dicẽdum eſt: gra-
5 uiores namq; † morbi vim grauiter nocendi habentes, Sontici mor-
bi, non ſimpliciter morbi dicũtur. vt poſt Gellium noct. Attic. lib. 20.
probat tex. in. l. morbus. ff. de verb. ſigni. vbi Rebuf. C. quæſitum ff. de
6 re iudi. l. fi. ff. de ędi. edi. At dicet aliquis, ſi morbus † eſt habitus cuiusq;
corporis contra naturam, qui vſum eius ad id facit deteriorem, cuius
cauſa natura nobis eius corporis ſanitatem dedit. l. 1. §. ſciendum. ff. de
ædil. edi. quo pacto leuiora corporis incommoda complectitur, quæ
7 contemni poſſunt, ideoq; † in edicto non conſiderãtur? d. l. 1. §. pro-
8 inde. Reſponderi poteſt, quod allata incommoda † morbum non cõ-
ſtituunt, ſi contemni poſſunt, quia vſus corporis non fit deterior, ſe-
cus ſi omnino ſperni non poſſunt, licet leuia ſint: quid enim ſi quis lõ-
9 go † tempore paſſus ſit grauem lippitudinem, quæ tandem leuis eua-
ſerit, an eam contemnet? nequaquam, niſi fortè poſt aliquod ſpatium
temporis. dum ergo durat leuis illa lippitudo vſum impedit, cum ſper-
ni non poſſit, & per conſequens morbus vocari poteſt, ſed non infir-
mitas, quia corpus non infirmat, ſed timor potius reſiduæ lippitu-
dinis vſum impedit, qui ſi per aliquod tempus duraturus, nõ leue om-
nino præiudicium afferret, cauſſam redhibitioni præſtaret. ad tradita
10 per Cępollam in l. qui tertiana. ff. de ædil. edi. vbi ait, Eum, † qui ter-
tiana, vel quartana febre vexatur tanquam malè ſanum redhiberi poſ-
ſe, etiam illis diebus, quibus non vexatur. ratio eſt, ſecundum eum,
quia non requiritur ad hoc, vt dicatur morboſus, quod ſemper, & cõ-

tinuè patiatur morbum, sed sufficit morbi terror quantum ad actio-
11 nem redhibitoriam, vel quanto minoris, † licet nō quo ad alia: si igitur, gratia exempli, quis ad iudicium vocatur eo die, quo tertiana, vel quartana febri non vexatur, comparere debet. l. quæsitum ff. de re iudi.
12 cum simil. nisi † vexatio præcedentium dierum valde debilem eum reliquisset; quia tunc non obligari ad comparendum reor. per ea, quæ tradunt Doct. & præsertim Paul. Orianus nu. 61. in l. 1. ff. de off. eius.
13 Constat igitur † leuiora morbum constituere, quam infirmitatem. d. l. 1. §. proinde, vbi Cæpolla. ff. de ædil. edi. ideo Grillandus de quæst. &
14 tort. quæst. 4. nu. 5. ait, quod sicut † leuis febricula non dicitur febris, neq; in consideratione habetur. Alex. consi. 114. nu. 7. lib. 1. Magdalenus. de num. testium in test. requi. par. 1. quæst. 20. in fine. Ita leuis tor-
15 tura † non dicitur tortura. vide Farini quæst. crim. 38. n. 43. par. 2. vnde
16 † non dari redhibitoriam pro paruis vitijs, post citatos ostendit affinis meus Bonacoss. de equo. q. 143. Sciasq; quo ad Redhibitionē anima-
17 lium † cautè agere venditorem, qui sana esse temere non promittit;
18 nam quo pacto præstabit capras, quæ † sine febri numquam esse solent? vt ex Var. dicit. Cuiac. obseruat. lib. 9. cap. 3. ita igitur promittet. eas esse, bibere, vt oportet. l. exempto §. 1. ff. de action. empt.

RVBRICA QVINTA.

Qualiter in hominibus, brutisq; animantibus morbus, & vitium consideretur.

SVMMARIVM.

1 *Castratio homines morbosos reddit. contra nu. 3. intell. vt nu. 6. in brutis autem animantibus non ita. num. 2. 8. & 18. sed an tollat fortitudinem. num. 17.*

4 *Serui castrati quanti olim æstimarentur. & nu. 6.*

5 *Artificum, Medicorum, & Notariorum æstimatio.*

7 *Castrantes pueros, seu homines inuitos qua pœna plectantur. & num. 8. declara vt nu. 10.*

9 *Membrum alicui abscindens non punitur, vt castrans.*

11 Ca-

CAPVT QVINTVM.

QVÆDAM in hominibus morbum facere, non autem in brutis animatibus pulchrè docet Vlp. in l. ędiles. ff. de
1 ædil. edi. Ideoq; † castratio morbosos homines reddit. l. si autem. ff. eod. quibusdam verò animantibus ob ca-
2 strationem quicquam non detrahitur, † vnde morbosa
3 non dicuntur d. l. ædiles, §. Celsus; Nec dicatur, † castrationem etiam homines pretiosiores reddere, vt est tex. in l. si seruus. §. & si puerum. ff. ad l. aquil. quia secundum gloss. ibi, tex. ille loquitur de quibusdam locis particularibus, & idem repetit in l. vnica. C. de Eunu. vbi Bal. asseruit ita debere intelligi. l. si duobus circa finem princ. C. commu. de
4 leg. in qua † serui castrati pluris æstimantur, quam alij cuiuscunq; sint
5 professionis, ibi etenim Artificum vsq; ad triginta solidos † æstimatio procedit, exceptis Medicis, & Notarijs, cum Notarij quinquaginta solidis æstimentur, Medici autem sexaginta. Eunuchi verò artifices
6 septuaginta. quod † vt dixi obtinet in locis particularibus, in quibus serui castrati cæteris cariores sunt, non autem vbique. Vnde Vlp. in d.
7 §. & si puerum, agi posse † ait iniuriarũ actione contra eum, qui puerũ castrauit. idem in l. 4. in fi. ff. ad l. Corne. de Sica. Nemo, inquit, liberũ, seruumve inuitum, seu sinentem, castrare debet: neque quis se spontè
8 castrandũ præbere. at si quis † aduersus edictum fecerit, Medico quidem, qui exciderit, capitale erit, item ipsi, qui se spontè excidendũ prębuit. vide Clarum pract. cri. §. vlt. q. 68. vers. castrans. aliorum autem
9 † membrorum abscissionem pœna capitis non puniri receptum pro-

bat Menoch.d.Arbit.lib.1.quæst.86. Et antedicta de Castratione nõ
10 procedunt cum † secuta est curãdæ periculosæ ægritudinis causa, quę aliter curari non potuisset.vt per Puteũ de Syndi. in verbo delinquẽs
11 in princ. Et talis castratus † non impeditur promoueri ad sacros ordines.c.si quis pro ægritudine dist.55. Immo potest creari Episcopus, secus si aliam ob caussam fuerit castratus,etiam si vt castè viueret. Ber-
12 tach.de Episcopo par.1.lib.2. quæst.24. Isteq; † promotus non tenetur,vt dicunt multi, execta virilia retinere. c.Eunuchus cum seq. iuncta glossa, quam ibi sequitur Turris cremata dist.55. Host. in summa
13 Rub.de corp.vitia. Zabarella in c.ex parte extra eo. Et quod † dicitur Castratos prohiberi esse milites.Bal.in l.milites. ff.ex quib9 cau.maio.
14 vxorem ducere, & adoptare.§.sed illud Inst.de adopt. Habet † locum in his, in quibus matrimonij tempore nulla spes est, vt possint generare. his nanque, qui matrimonium sani contrãxere, superueniens castratio non obest,neque per eam coniugia soluuntur.c.hi qui 32.q.7. Spado autem,cui contorta magis, quam euulsa sunt genitalia, prædicta exequi potest.l.si serua.ff.de iur.dot.l.Pomponius.ff.de ædil.edi. vt
15 † potest ille, qui vnum testiculum habet, qui generare potest.l.qui cũ vno.ff.de re mili.vbi I. V. inquit,Syllam,& Cottam eo habitu naturæ fuisse. scias quoque vsu non seruari,vt castrati à militia reijciantur: &
16 † mihi probatur, præsertim cũ castratio culpa non contigit,quia tunc
17 non excludit à cœlesti militia, ergo neque ab ista,quia nõ tollit † fortitudinem castratio.l.ædiles.§.sed enim.ff.de ædil.edi. vbi scripsit Balduinus,Cyrum habuisse ad sui custôdiam tale hominum genus, solitum dicere,robore corporis nõ carere, sumpto ab equis exemplo, qui exectis testiculis,tamẽ sunt bellicosi. Dumq; Iuuena.Saty.6. vocauit eunuchos imbelles,intellexit circa Venerea: quicquid sit circa hoc,sat
18 est,quod,vt supradicta ostendunt, † castratio regulariter in homine, mala potius, quam bona habetur, non ita in brutis animantibus, ex sẽtẽtia Baldi in l.1.C.de Eunu.vbi cum Arist. probat,omne animal castratum esse melius excepto homine, vnde concludamus, aliter cõ-
19 siderari morbum in homine,quam in ceteris animantibus.idem † in vitio animi,quod in iumentis,& reliquo pecore locum præstat redhibitioni.l. bouem.ff.de ædil.edi.nõ autem in homine.l.quæritur. §. idẽ
20 de eo.l.qui clauum.§.is cui.ff.eo.tit.ratio † est,quia solo animo possunt homines tales passiones curare, bruta animantia non possunt; teste Bal.in l.1.nu.15. C.eo. & in simili dixit Card. à Turre cremata in c. si

quis

21 quis à Medicis diſt. 55. † quod cum ſaluti ſpirituali poſſit aliter ſubueniri, quam per membri abſciſſionem, quia peccatū ſubiacet voluntati, non licet membrum præſcindere ob vitandum peccata. Quid
22 † autem probare neceſſe ſit agenti redhibitoria actione, vel quanto minoris docet Maſcar. de probat. concl. 616. & Borg. deciſ. 7. num. 12.
23 par. 2. † Et quando conductori imputanda ſit mors animalis. Bertaz. iun. explicat ad conſilia crim. Patris conſ. 258. lib. 2. Scias etiam, quod
24 † is, qui vult redhibere equum morboſum, prius offerre debet id omne, quod ex illo percepit. vt probat Bonacoſ. de equo quæſt. 135. ſubdens, quod ſi emptor ſoluit aliquid pro medicinis, poteſt à venditore
25 recuperare. & de † equo infirmato, & relicto in hoſpitio vide Carot. de locato edit. 3. quæſt. 4. pag. mihi 172. ponitq; Viuius deciſ. 1. lib. 1.

RVBRICA SEXTA.

De morbi conſideratione in rebus inanimatis.

SVMMARIVM.

1 *Mors, & morbus in rebus inanimatis conſideratur, & qualiter nu. 2.*
3 *Vendens res morboſas emptori tenetur.*
4 *Carneadis ſententia circa eſpreſſionem vitiorum à venditore faciendam.*
5 *Stultitia quid ſit ex ſententia Lactantij Firmiani.*
6 *Domus an redhiberi poſſit propter lemures.*
7 *Conductor an poſſit recedere à domo conducta, timore malorum ſpirituum, & propter peſtem.*
8 *Excommunicari, ſeu adiurari an poſſint locuſtæ, & ſimilia animalia infeſta.*
9 *Excommunicari non poteſt niſi homo baptizatus.*

CAPVT SEXTVM.

MORTIS imperium verſari etiã circa res inanimatas probat tex. in l. fi. in vltimis verbis. ff. de locis, & itineribus pub. Rebuf. in l. in vulgari §. ſi quis ita. ff. de verb. ſigni. Morbus
1 † igitur in eiſdem conſiderabitur, vt ſi fructus eſſent venenoſi, res comeſtibiles corruptæ, pãni infecti, & facidi, ex Bal. in l. 1. §. ſed ſi vitiũ. ff.

de ædil.

2 de ædil.edi.in † rebus immobilibus, si fundus pestiferas herbas produceret l.etiam.ff.eo.l.si prędiũ. C. eo.aut si dom⁹ insalubrẽ aẽrẽ haberet, in eaq; serpentes nascerentur. vide Caball.in suo tract. de ædil.edi.c.1. n.5.& nota ex snia Xenophõtis relati à Castellano Ciue nostro de off. Regis li.2.c.46.in fi.ex valetudine,& colore incolarũ; qualia sint loca,
3 percipi posse, sciasq; † vendẽtem talia morbosa emptori obligari l.exẽpto §.1.&.l.Iulianus.ff.de act.empti, puniriq; arbitrio iudicis, si vitia latentia supressa emptorem cælauit, vt doctè ostendit Menoch. de Arbit.iud. quæst. lib.2. cap.382.ideo cautum fuit venditorem debere certum reddere emptorem de quolibet vitio, ac morbo rei venditæ.l. 1.ff.de ædil.edi.cum congestis à Viu.decis.382.lib.2.contra sententiã
4 Carneadis Philosophi dicentis; † Bonus vir si habet seruum fugitiuũ, vel domum insalubrem, ac pestilentem, quæ vitia solus sciat, & proscribat, vt vendat, emptoriq; vitia narret, bonus quidem, quia non fallet, sed stultus iudicabitur, quia vel paruo vendet, vel omnino non vendet: si autem cælet, erit quidem Sapiens, sed malus, quia fallet. & ita ille iustitiam nuncupandi vitia euertere conatus est. cuius fundamenta doctè, ac copiosè repulit Lactantius Firmianus Diui. Insti.lib.
5 5.ca.18.vbi inter alia affirmauit, quod Stultitia † est in factis, dictisq; per ignorantiam recti, ac boni erratio, ergo stultus non est, qui nec sibi quidem parcit, dum ne alteri noceat, quod est malum, & per consequens bonum, emptorem de vitijs rei certum reddere, eiq; damna omnia præstare, quæ ob venditoris taciturnitatem passus est d.l.Iulianus. vide Alex. Genial. lib.6. cap.1. per tot. Quamobrem Balduinus
6 in l.49.ff.de ædil.edi. non ineptè quærit † de Lemurib. nocturnis in domo aliqua apparentibus, an eo nomine redhiberi domus possit, & profecto potest ex.l.exempto.§.redhibitionem. ff. de act. empti. sicut
7 Conductor † potest à domo conducta recedere timore malorum spirituum. Cagn. in l.contractus nu. 45.ff.de reg.iur.Carot.de locato par. 3.tit.de remiss.merc.num. 46.necnon propter pestẽ Abb.in c.propter extra de Locato, sed an, quia fundus sit pestilens, possit alienari? & nõ posse probat. l. penul.in princ.ff.de re.eorum: nam pro qualitate pre-
8 tium inueniretur, & sic non expediret minori illum vendere. An † autem animalia infecta, vt locustæ, damnum regionibus non leue afferentia, excommunicari possint, amplè docet Casseneus in eius 1.cons. & Nauar.in Man. confess.c.27.nu.13 & notissime Grass.in decis.cas. consci. lib. 4. c.6 nu.12.& seq.& tandem nu.15.concludit non posse

excom-

9 excommunicari † nisi hominem baptizatum alia ad hoc caput pertinentia colliges ex eleganti tract. de Peste Franc. Rip. ad quem me refero.

RVBRICA SEPTIMA.

Infirmitas iusta, & rationabilis caussa dicitur.

S V M M A R I V M.

1 *Manumissio per collegam quando possit expediri.*
2 *Procurator Infirmus non cogitur iudicium accipere.*
3 *Pœna non committitur contra ægrotum.*
4 *Infirmitas dicitur caussa rationabilis, & nu. 10.*
5 *Exceptionum sublatio procedit in friuolis. morbiq; nō censetur sublata nu. 6. nec tolli potest. nu. 7.*
8 *Necessitatem, neque ipse Deus violat.*
9 *Defensio à Principe auferri non potest.*
11 *Caussa rationabilis, quæ dicatur.*
12 *Irrationabilia non sunt præsumenda.*

CAPVT SEPTIMVM.

INFIRMITAS iusta caussa vocari potest, vt Vlp. in l. 1. ff. de off. eius, sequentibus verbis demonstrat. Non
1 † potest is, qui apud alterum Cōsulem nomina edidit, apud alterū manumittere. Sanè ex Infirmitate, vel alia iusta caussa collegā posse manumissionē expedire Senatus censuit. Idem Vlp. in fin. l. 8. cū seq. ff. de pactis, asseruit, Procurato-
2 rem † ad litem suscipiēdam datum, iudicium accipere compellendū, nisi valetudinem, vel aliam iustam caussam alleget. & in l. 28. §. 1. ff.
3 de recep. arbi. cum Proculo existimauit, Pœnam † non committi si dare iussus non dedit, quia debens accipere, valetudine, vel alia iusta caussa impediretur. Paulusq; I. C. in l. cum hæres. §. stichus. ff. de statu. lib.

lib.inter iustas caussas morbũ ipsum connumerat, vti etiam Hermog. in l.contumaciam.ff.de re iud. Et in iure Canonico est tex. in c. quod sedem extra de off. ord. & concord. ponit gloss. in §. eadem in verbo iusta caussa Inst.quibus ex cau. manu. non li. Decianusq; resp.14. nu. 31.volum.3.latè ostendit caussam infirmorum iustam dici, præbereq;
4 legitimam, & canonicam excusationem. † Et quod etiam rationabilis vocari possit, probatur in Clem.1.iuncta gloss.de Celeb. miss.amplè Gemin.in c.licet canon.circa finem de Elect. lib.6. Vnde cum di-
5 cant Doct.quod si Princeps † rescripto quem cogi ad aliquid mãdet, quibuscunq; exceptionibus non obstantibus, solum friuolæ exceptiones censentur exclusæ, & non rationabiles, vt congerit Guido Papæ tract.de rescri.in princ.Ias.in l.apertissimi nu.18. C. de iudi. Honded.
6 cons.18.nu.79.lib.1. Inferri potest, † quod per dictum rescriptum, non censebitur explosa infirmitatis exceptio, tanquam rationabilis,
7 etiam quod verba † essent magis specifica, propter necessitatem, quæ in ipsa infirmitate inest. vt dicam seq. cap. necessitas. n. legibus non
8 subiacet, neq; Deus † ipse illam violat, vt probaui in meo tract.de ludo Scacch. quęst.9.princ.nu.17. Vnde multo minus poterit Princeps,
9 qui non † potest auferre necessariam defensionem iure naturali permissam. Anch.cons.201.col.2.Rol.cõs.79.nu.41.lib.1.& passim Criminalistæ. Et nedum Infirmitatem rationabilem caussam in se conti-
10 nere dicendum est, per supradicta, sed † maximè rationabilem, quia vt dicit Reuerendiss. Episcop. Benzonus in tract.de fuga lib. 1. quæst. 4. car. 101. nulla potest esse rationabilior caussa, quam propriæ vitæ conseruatio, vnde ipse inferius subdit, vitæ periculo superueniente cessare humanæ legis obligationem. Et Graffius in Decis.cas.consci.
11 par.1.pag.mihi 139.nu.6. illud dici † rationabile ostẽdit, quod est rationi consentaneum. & lib.3.par.2.cap.29.nu.35.ait, remitti arbitrio Iudicis, quæ sit causa rationabilis. 6.Menoch.de Arbi.cas.82.in princ.
12 irrationabiliaq; † non esse præsumẽda docet Menoch.de præs.lib.6. præsumpt. 31.



RVBRICA

RVBRICA OCTAVA.

Infirmitatis cauſſa dicitur neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Neceſſitas fatalis, quæ: & quæ affectata nu 2. & quæ naturalis nu. 3. & de neceſſitate remiſſiuè n. 8. & ſemper cenſetur habere diſpenſationẽ annexã nu. 9. præſertim cum eſt abſoluta nu. 10. ideo à plurimis excuſat nu. 11. & an in ſpiritualibus neceſſitas conſideretur nu. 19.*

4 *Morbi impedimentum dicitur neceſſarium, & incurabili morbo affectus dicitur in extrema neceſſitate. nu. 5.*

6 *Infirmus excuſatur, ſi ſtatuto tempore non venit.*

7 *Expenſæ in ſeruos ægrotos factæ dicuntur neceſſariæ.*

12 *Mors ex morbo proueniens dicitur naturalis.*

13 *Mortis appellatione in dubio venit naturalis. ſed an talis ſit, quæ venit ex partu nu. 14.*

15 *Mors violenta quæ dicatur: & poſita in conditione mors, an intelligatur de iſta. nu. 16.*

17 *Neceſsitas qualis eſſe debeat, vt in ea conſtituto proſit: vtq; ex ea ſuſtineatur Alien. nu. ſeq.*

CAPVT OCTAVVM.



NECESSITATVM plures ſunt ſpecies, Fatalis, Affectata, & naturalis, vt alias diuiſiones omittamus, relatas à Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2. c. 182. nu. 19. & ſeq.
1 Fatalis † neceſſitas ex caſu inopinato prouenit, vt cum quis in latrones incidit, vel cum ſimilis caſus cõtingit, qui humano conſilio præuideri, & illi prouideri non potuerit, vnde iuſtam cauſſam præſtat, vt congerit Menoch. eo loci nu. 24. Affectata
2 † neceſſitas, ideſt procurata, vt ſi quis debita ſpontè contraxit, ſeu delicta commiſit. Bal. conſ. 20. lib. 2. Boer. Deciſ. 44. nu. 27. Crau. in reſp. pro Genero nu. 94. & hæc regulariter non excuſat, Rolan. conſil. 47.
3 nu. 36. lib. 2. Naturalis † verò neceſſitas, vt eſt illa, quæ ex morbo pro-

uenit, (si credim⁹ Boer. vbi supra, ná obstát dicta inferius. c. 12. nu. 6.) profecto iustam, & rationabilem caussam præstat teste Menoch. vbi sup. nu. 26. & in puncto Berous cons. 18. nu. 78. & 110. lib. 3. Dec. cós.
4 104. nu. 6. lib. 1. vbi probat morbi † impedimentũ nedum dici iustũ, sed necessarium, etiam si culpa prouenerit, de quo dicemus inferius.
5 c. 21. rectè igitur scripsit Sot. de iust. & iur. lib. 5. q. 3. art. 4. Morbo † incurabili affectum dici in extrema versari necessitate, & I. C. in l. scire
6 oportet. §. sufficit. ff. de excusat. tut. † Ægrotum excusat, vti necessitate impeditum, si instituto tempore non venit. confert. c. placuit el 2.
7 dist. 18. optima † igitur cum ratione expensæ propter valetudinem seruorum factæ inter necessarias connumerantur, & de necessitate
8 † possent plura scribi cógesta à Menoch. in loco mox adducto, & Tiraq. de retract. lignagier. §. 26. nu. 20. cum pluribus sequentibus, & moderno Viu. decis. 323. per totam lib. 2. hoc vnum dicam necessita-
9 tem † semper censeri habere dispensationem annexam. D. Tho. 2. 2.
10 q. 46. art. 6. præsertim quando est absoluta † idest cum ponit existentem in ea in euidenti vitæ periculo. Decia. resp. 20. nu. 18. lib. 1. qui facere non posse censetur. l. nepos Proculo in fi. ff. de verb. signi. ideoq;
11 † à pœna, mora, periurioq; excusatur, alijsq; enumeratis à Sebast. Medic. de Fort. cas. par. 1. q. 6. per tot. Rimin. iun. in l. 1. ff. de offic. eius, & Magdaleno de num. test. in testam. requi. c. 10. ampl. 7. à quibus omnibus morbum etiam excusare dicemus, in 2. huius tract. parte suis locis, eò quia, vt paullo ante dixi, naturalem necessitatem cótinet, vn-
12 de sequitur, vt mors † ex eo proueniens naturalis vocanda sit, ex doctrina Iul. de Benedictis in repet. c. Raynutius in verbo, mortuoq; testatore extra de testam. quem omnino vide, & Tiraq. de nobilit. c. 31. nu. 56. Rimin. iun. consil. 416. in 4. & Castraca. de societ. off. cap. 17.
13 & in dubio † appellatione mortis venit naturalis. Lucas de Penna
* in l. 35. nu. 41. C. de impo. lucrat. descri. lib. 10. ex cómuni Simon de Prætis de inter. vlt. volunt. lib. 2. solut. 7. nu. 8. & talis videtur, quæ ex
14 partu prouenit. ex Guil. & Castraca. vbi sup. sed † quæ dicatur ex partu venisse colliges, ex Decis. Rotæ Rom. 701. par. 1. in nouissimis, &
15 quid sit mors violenta declarat d. Guil. vt † dicatur, cum principium corruptionis venit extrinsecus: quę an à casuali differat, explicat Abb.
16 in c. sicut nobis extra de reg. & si † mors in conditione ponatur, an intelligatur etiam de violenta declarat Turret. cons. 49. num. 4. & 38. quæ omnia nota tu, qui soles facere contractus societatum officiorũ,

vt scias

vt ſcias,quando per mortem pecuniæ acquirantur, quæ ex naturali, nō violēta morte acquiri ſolent,vt amplè per Caſtrac. in d.eius tract.
17 Et † qualis debeat eſſe neceſsitas,vt conſtituto in ea ſuccurratur,opti- mè docet Ceph.conſ.451.nu.305. & in præced. & ſequentibus latiſ-
18 ſime de neceſsitate agit. & † ad ſuſtinendam alienationem prohibi- tā,quæ neceſsitas ſufficiat optimè docet Tiraq. de retr. lignagier.§.1.
19 gloſ.14.nu.15.& 16. & Oſaſ.deciſ.171. nu.14. Et an † in ſpirituali-
20 bus neceſsitas cōſideretur.vide infra.c.15.nu.16.& ſeq. Anq; † actus præſumatur factus ex cauſa neceſſaria,vel voluntaria. Aym.cōſ.149. nu.12.congerit pro affirm.Rim.iun.cōſ.147.nu.20. & de neceſsitate latè Rodo.de rebus eccl.non ali.q.51.c.22.per tot.

RVBRICA NONA.

Infirmitas ad impoſsibile reducitur.

SVMMARIVM.

1 *Impoſſibile dicitur, quod per infirmitatem explicari non poteſt:*
2 *L.3.ff. ad S.C. Syllanianum quomodo ſummetur.*
3 *Seruus excuſatur, qui per morbum opem Domino ferre non potuit.*
4 *Infirmis non eſt lex impoſita.*
5 *Impoßibilium nulla obligatio. & num. 7. & quid propriè dicatur impoſſibile nu.8. & materia hæc vbi tractetur.nu.6.*
9 *Difficile ex Bartoli ſententia quid ſit.*
10 *Difficultas impoſſibilitati comparatur.*
11 *Impotentiæ quot ſint ſpecies.*
12 *Facile fieri poſſè quid dicatur. & quælibet diſpoſitio intelligitur in caſu poßibili. nu.13.*
14 *Poſſibile quid dicatur.*

CAPVT NONVM.

NFIRMITAS cum corpus noſtrum in diſſolutionis periculo ponat,vt dicemus cap.12.facit,vt quod per eam expediri

1 non potest, † impossibile dicatur. impossibile nanq; est quod sine
vitæ periculo fieri nequit. Grat.cons.1.nu.93.vol.1. Decian.resp.20.
2 nu.19.vol.1.Quáobrem † non sine ratione.l.3.in princ.ff.ad Syllan.
ita summatur per Doct. ibi: Ad impossibile nemo tenetur. dixerat
3 nanq; ibi Vlp. Si quis † graui valetudine affectus opem Domino fer-
re non potuit,excusationem meretur, vti in alijs multis, & propè in-
finitis casibus, de quibus in secunda huius operis parte, ita vt dixerit
4 Innoc.in cap.1.nu.2.extra de celebr.miss.quod † infirmis non est lex
imposita. idemq; voluit Franc.Marci quæst.645.in princ.par. 1. Im-
5 possibilium † enim non est obligatio.c.nemo de reg.iur.l.impossibi-
lium.ff.eod.l.si stipuler.ff.de verb.oblig. cum vulgaribus. de qua im-
6 possibilitate † latissimè verba fecit Sebast.Med.de Fort.casib.quęst.5.
prin.par.1.Baldusq; in c.cum accessissent col.4. extra de accus. relatus
7 à Deciano resp.14.nu.38.vol.3. † Impossibilia,& ea,quæ sine magna
difficultate explicari non possunt, extra humanam naturam esse af-
firmauit. & ex Bart. sententia in l. continuus. §. illud inspiciendum
8 nu.1.ff.de verb.oblig. Impossibilè † dicitur quod naturæ impedimẽ-
to, vel iuris fieri nequit. quod verò (eodem Bart. ibidem auctore)
9 personæ † impedimento fieri nõ potest,difficile nuncupatur. vtrum
10 enimuero difficultas † impossibilitati comparetur. l. nepos Proculo.
ff.de verb. signific. cum citatis à Deciano d.resp.14.nu.17. volum.3.
Omnisq; impotentia reducitur ad impotentiam iuris,vel facti.vt no-
11 tatur in c.sciscitatis extra de rescrip.licet † nouem impotentiæ species
considerauerit Host. in summa tit.de rescri. post num.33. Quid autẽ
12 † dicatur posse facile fieri docet Menoch.de arbit.iud. lib.2.cap.205.
nu.6.dicitq; id esse, quod sine magno labore, sumptu, molestia, quã
breuissimo tempore confici potest. Et Ceph.consil.451.nu.316.ait
13 † quamlibet dispositionem intelligi in casu possibili. Id autem pos-
14 sibile † est,quod fieri potest,cum impedimento caret. Alex.Aphrod.
in pri.nat.quęst.c.4. & quod possibile est, non est necessarium, vt eo
modo sit.Arist.3.Metaphy.



RVBRICA

RVBRICA DECIMA.

Infirmitas casu contingere dicitur.

SVMMARIVM.

1 Humanitatis ratio habenda est, cæterorumq; casu contingentium.
2 Emansoris loco habetur, seu desertoris, qui commeatus spatium excessit.
3 Infirmitas animi, siue corporis, casu contingere dicitur. Ampl. vt nu.9.
4 Furiosus non potest vxorem repudiare, nec ipse repudiari.
5 Coniuges debent esse participes casuum fortuitorum.
6 Casus est inopinatus rei euentus, & duplex est, & qui dicatur fortuitus. nu.7. & qui improuisus nu.8.
10 Mors tum naturalis, tum violenta diuina dispositione contingit. intell. vt nu. 12. & an mors naturalis sit casus fortuitus nu. seq.
13 Naturaliter mori qui dicantur.
15 Mors quæ sufficiens sit ad delendum peccata.

CAPVT DECIMVM.

INFIRMITATEM casu contingere hisce verbis probauit Vlp. in l. si cui in fi. ff. ex quibus cau. maio. Planè si infirmitate impeditus iter continuare non
1 potuit, ratio † humanitatis habebitur, sicut haberi solet hiemis, nauigationis, & cæterorum, quæ casu contingunt. & Paulus in l. qui commeatus. ff. de re milit. ita scripsit:
2 Qui † commeatus spacium excessit (id est non fuit reuersus ad diem præscriptam) emansoris, vel desertoris loco habendus est: habetur tamen ratio dierum, quibus tardius reuersus fuit, item temporis, nauigationis, itineris, & si se probet valetudine impeditum, vel à latro-
3 nibus detentum, similive casu morari passum. Ita conclusio † procedit etiam in animi infirmitate, qualem inferius. ca. 14. furorem esse probabimus. hinc belle Vlp. in l. si cum dotem. §. maritus. ff. solu ma-
4 tri. si maritus † inquit, vel vxor constante matrimonio furere cœperit, quid faciendum sit tractemus. & illud procul dubio obseruatur,

cam

eam personam, quæ furore detenta est, quia sensum non habet, nuncium mittere non posse. an autem illa repudianda sit, considerandum. & quidē si interuallum furor habet, vel perpetuus morbus est, ferendus tamen ijs, qui circa eam sunt, tunc nullo modo oportet dirimi matrimonium; sciente ea persona, quæ cum compos mentis esset, ita furenti nuncium miserit, culpa sua nuptias esse dirēptas. Quid
5 † enim tam humanum est, quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel vxorem viri, participem esse? & per hunc textum morbum etiam animi reposuit inter casus fortuitos. Carot. de loca. vbi agit de casibus. quæst. 12. nu. 84. pag. mihi 181. in qua quæst. explicat casus fortuitos:
6 & casum † esse inopinatum rei euentum, scripsit gloss. in §. thesauros. Instit. de rerum decis. & in casu nullum esse crimen dixit Cic. pro Plá-
7 cio, nempe cum est † fortuitus, scilicet quando non præcedit caussa aliqua, dependens ab eo, cui casus vult imputari, ex Bal. in l. 1. per illū tex. iuncta gloss. C. ad l. Corn. de sicarijs, qui subdit, quod si culpa prę-
8 cedit, casus dicitur † improuisus, non fortuitus, latè cōprobat Sebast. Med. de fortuit. cas. par. 1. q. 12. nu. 10. & quęst. 6. par. 2. in princ. ostendit etiam ipse infirmitatē poni inter casus fortuitos, & ideo excusat.
9 & id procedit † nedum in infirmitate propria, sed etiam suorum. arg. tex. in l. inter caussas. §. non omnia. ff. mand. quem ad hoc citat Alber.
10 in dict. in verbo, Mors etiam. Scias tamen casum † Diuinam nō excludere dispositionem, cui nos Christiani omnia tribuimus. Med. d. quæst. 12. in fi. sine qua morbi nō solum non veniunt, vt infra c. 22. sed neque mortes, siue naturales, siue violentę sint. Ang. Instit. de cap.
11 diminut. in princ. an autem † mors naturalis dicatur casus fortuitus, & Carot. in loco citato affirmat, sed falli existimo, per rationes adductas à Bal. in c. quoniam frequenter nu. 9. extra, vt lite non contest. vi.
12 cum in l. societ. nu. 10. C. pro Soc. Et quod dictum † est, mortem violentam contingere Dei dispositione, declarat Rim. iun. cons. 416. nu. 53. 54. & 55. vbi ait, nunquam Deum probare talem mortem respectu eam inferentis, & sup. nu. 23. dicit ex communi vsu loquendi, eos
13 † dici naturaliter mori, qui ægritudine præambula spiritum exhalāt. & Turnebus Aduersariorum lib. 11. cap. 11. in fi. ait mortem naturalem esse, cum fatalem annorum summam conficimus, vt cum mori-
14 mur in senectute, mortem autem meritam † esse arbitratur, quam morbi affert intempērantia, cruditate quæsiti. aut scelera, & crimina afferunt. & ita declarat Virg. Æneid. 4.

Nam

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

15 Sciás autem mortẽ illatam † criminoſis auferre pęnam peccati ſecundum quantitatem patientiæ, ſi libenter toleretur, vt poſt D.Thom. citatum dicit Summa Armilla ver.mortuum,vbi ſecus putat de morte naturali.videbis.

RVBRICA VNDECIMA.

De Infirmitatis deſcriptione.

SVMMARIVM.

1 *Infirmitas quid ſit, & nu.2. & 6. & quæ ſit cauſſa illius nu. 3.*
4 *Morbus eſt habitus corporis contra naturam.*
5 *Febris qualiter à I. C. deſcribatur.*
7 *Affectio eſt animi,& corporis aliqua de cauſſa commutatio.*
8 *Corporis leues alterationes non faciunt quem infirmum.*
9 *Infirmi propriè dicuntur,qui intrinſecus cum periculo laborant.*
10 *Auctor de quibus ægrotis præcipuè loqui intendat.*

CAPVT VNDECIMVM.

NVNC locus eſt,vt infirmitatem,& morbum deſcribamus, & ſi ſequi volumus Rebuff.in l.inter ſtuprum.§. verum.ff.verb.ſigni. qui Medicorum auctoritate nititur, eſt † affectus præter naturam, à quo primum vi-
1 tiatur actio, ſed aliundè infirmitatis deſcript. à nobis petenda eſt,quam colligere intendimus ex iuribus infraſcriptis,nempe ex c.illud.15.q.1. Gloſſ.fi.diſt.91.l.1.§.ſed ſciendum.ff.de ædil.edi.
2 & ex l.quæſitum.ff.de re iud.Porrò dicit tex.in d.c.illud.proprie † corporis infirmitas dicitur, qua elementorum,ſeu humorum concordia turbata, ipſa caro afficitur, & tandem diſſoluitur.Gloſſa autem citata
3 dicit, † cauſſam Infirmitatis eſſe, cum inæquale eſt corpus exhube-
4 rantia, vel defectu humorum; Morbum † verò eſſe habitum cuiusq;
5 corporis contra naturam firmauit.I.C.in d.§.ſed ſciendum.At † febrẽ motum eſſe corporis contra naturam, diſcimus ex adducta l. quæſi-
6 tum. §.1. Ideoq; arbitramur ſic poſſe Infirmitatẽ deſcribi,vt ſit † carnis,

nis, ſeu corporis affectio contra naturam, ex turbata humorum concordia proueniens, non ſine diſſolutionis corporis periculo: In qua quidem deſcriptione verbum affectio ſtat loco generis: quia affectio
7 † ex Cic. de Inuent. eſt animi, & corporis aliqua de cauſſa commutatio. cætera definitionis verba differentias conſtituunt inter corporis infirmitatem, aliaq; corporis, animiq; incommoda, quæ propria Infirmitatis appellatione nõ venire inferius oſtendemus. Ex vltimis verò verbis ipſius deſcriptionis remouentur modicæ, atq; leues corporis
8 alterationes, † quæ ſub Infirmitatis vocabulo impropriè ſimiliter
9 comprehenduntur. Infirmos etenim † eos propriè vocamus, qui intrinſecus morbo aliquo ex turbata humorum concordia cauſato, cũ periculo laborant. ſecuti Gomeſ. in reg. Cancell. de Infir. reſig. quæſt. 7. Menoch. de Arbi. caſu 60. nu. 16. & Sebaſt. Medi. Mors omnia ſo-
10 luit par. 1. nu. 133. Et de † huiuſmodi Infirmis nos præcipuè agemus, aliqua tamen de alijs perſtringentes, in ſequentibus cap. qui propria Infirmorum appellatione non veniunt: itaq; clarior reddetur allata Infirmitatis deſcriptio.

RVBRICA DVODECIMA.

De animi, ſeu animæ Infirmitate.

SVMMARIVM.

1 *Animæ infirmitas quid: & vitium vocatur, ſiue peccatum nu. 2. & in quibus differat à corporis infirmitate nu. 3. & ſequentibus.*

4 *Peccatum eſt quid voluntarium.*

5 *Corona non eſt vbi neceſſitas eſt.*

6 *Infirmus, vt ſanetur libenter morbũ oſtẽdit, & alia grauiora patitur. nu. 8.*

7 *Cenſus non eſt ſuper cenſum ſalutis corporis.*

9 *Infirmitas ſpiritualis grauior, & magis periculoſa corporali.*

10 *Animæ curatio facilis eſt, qua ſanata ſæpe corpus ſanatur nu. 11. non è contra nu. 12. & ſeq.*

14 *Obliuio, & ignorantia dicitur animi infirmitas.*

15 *Vitia animi plurima, remiſſiuè, quæ à deſcriptione infirmitatis excluduntur. nu. 16.*

17 *Errantes,*

17 Errantes, & ignorantes quando restituantur in integrum.
18 Infirmitas animi, & corporis æquiparantur.
19 Cogitationes eorum an peruersæ sint, quorum peruersa sunt corpora.

CAPVT DVODECIMVM.



VIA Infirmitas etiam in anima consideratur, vt supra cap. 1. dictum fuit, ad aliquam eius descriptionem veniamus, & Plotus in suo tract. de in lit. iuran. §.7.
1 num. 5. labem † esse scripsit, animam mortificantem,
2 vsumq; eius deteriorem facientẽ, & hæc † vitium vocatur, siue peccatum. c. illud. 15. q. 1. ideo etiam peccati infirmitas di-
3 citur c. iteratur de consec. dist. 2. quæ † non parum à corporis infirmitate differre videtur. primò, quia nemo spõtè in corpore infirmatur,
4 vt in anima, nam peccatũ † est voluntarium. liberi enim arbitrij nos Deus creauit, nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur, alioqui
5 vbi † necessitas, nec corona est. c. si enim. §. cæterum, de pœnit. dist. 2. l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad S. C. Syllan. Ay. cons. 375. nu. 3. vol. 3. Secundò differt, quia corpore infirmi natura sanari cupiunt. at in infirmitate animę plurimi volũt pmanere. Tertiò differt, quia corpore
6 æger † morbũ quamuis verecundũ libenter ei ostendit, à quo sanari sperat: sed peccator frequenter scelera abscondit. Quartò, infirmus corpore non grauatè omnes eius diuitias erogaret, vt sanus fieret, ha-
7 betur enim Eccles. c. 30. non † esse censum super censum salutis corporis. at miseri peccatores nolunt quandoque restituere vsuras, furta, maleq; percepta, sine quibus certum est peccata non dimitti. Quintò
8 ægrotantes † æquo animo sustinent, vt sanitatem adipiscantur, parũ comedere, amara bibere, & grauiora quęque: sed pro salute animę miseri peccatores aliquando, hæc pati nolunt, vt benè explicat Guil. Pipinus Ord. Præd. in 2. lect. primi Psal. Pœnit. vbi tandem concludit,
9 infirmitatem † spiritualem grauiorem esse, & periculosiorem corporali, licet segnius curetur. in quo patet fatuitas peccatorum, præferen-
10 tium corpus animæ, quamuis † pro curatione animæ facillimum remedium habeant. i. solum pœnitere, vnde legitur 2. Reg. quod quã primùm Dauid dixit, peccaui: mox subiũxit Nathan Propheta; Dñs
11 transtulit à te peccatũ tuum. & quod magni interest † anima sanata sæpe corpus sanũ redditur, vt not. in c. cum infirmitas extra de pęnit.

& remiss. ideo scripsit Bal. in c. qua fronte nu. 4. extra de appell. quod cũ Deus abbreuiet dies hominis propter peccata, qui vult salutẽ cor-
12 poris, prius animæ salutem quærat, quia anima † iuuat corpus non è conuerso. quamuis sæpe vitium corporis vsq; ad animum perueniat. l. 1. §. apud Iulian. l. ob quæ vitia in princ. ff. de ædil. edi. vnde Adæ primi parentis animo prius sano, sana fuerunt omnia, deinde eo in-
13 firmo, infirma omnia euaserunt † tantum est animæ in corpus imperium, tanta potestas, vt declarat Tiraq. de nobilit. c. 31. nu. 292. &
14 seq. Altera † est animi, seu animæ infirmitas, quæ cum non sit peccatum, est tamen pœna, & caussa peccati, vt est obliuio, & ignorantia d. c. illud 15. q. 1. hinc est, quod infirmitas sumitur pro imbecillitate minoris, seu senilis ætatis. l. nõ quasi, in fine. ff. rem pupi. saluam fore. l. in metallum. ff. de pęnis cum congestis à Rebuff. in l. morbus col. 3. vbi alia dicit de infirmitate animæ. ff. de verb. signific. & tex. in l. vlt. ff. si quis aliq. testa. prohi. ægram mulierem scribit pro irata, & tristi;
15 de quibus † animi vitijs, & eorũ remedijs, plenè Cic. 4. Tusc. Castell. Ciuis noster de off. Regis lib. 4. c. 18. & Braccheus in l. inter stuprũ.
16 ff. de verb. sign. verùm † hæc animi vitia in descriptione Infirmitatis, de qua cap. præced. minimè comprehenduntur. & si contrarium diceremus, multos sanos esse negare possemus, vt leues, superstitiosos, iracundos, & similes. l. 1. in fi. ff. de ędil. edi. non tamen inficias eo hos etiam miseratione dignos esse, cum sciam, eis iura in multis cõsulere,
17 vt probat Oddus de resti. in inte. q. 8. art. 7. & seq. vbi † magistraliter, & scitè ostendit quando errantes, & ignorantes restituantur in inte-
18 grum, ex quibus cõprobatur dictũ Bal. in l. ei, qui. ff. de postu. † quod animi, & corporis infirmitas ęquiparatur. & hic non ab re fore existi-
19 mo, si referam verba Scaligeri exercit. 265. vbi quærit † an peruersæ sint eorum cogitationes, quorum peruersa sunt corpora, vt contingit his, quibus sinistræ manus potior est, quã dextræ vsus, & affirmatiue concludit, non quòd anima sequatur corpus, vt sentit Galenus, sed quia animæ substantia, tametsi esse potest sine corpore, tamen dum est in corpore, sine corporeis obiectis non potest initiari sacris intellectionis, vt eiusdem verbis vtar in loco citato.

RVBRICA XIII.

Miſerabiles perſonæ, infirmi, & alij plures dicuntur.

SVMMARIVM.


1 *Miſerabilia quæ dicantur ex Ariſtotelis ſententia.*

2 *Miſericordia quid ſit.*

3 *Miſerabiles perſonæ, quæ dicantur. & pendet ab arbitrio Iudicis num.4. qui inter miſerabiles reponet vltra infirmos, & ſenes, pupillos, viduas, virgines, ſtudentes, & mercatores nu.5.*

6 *Miſerabilium perſonarum priuilegia apud quos reperiantur, remiſſiuè. & quando in diſcuſſionibus alijs creditoribus præferantur.nu.7. & priuilegia non ſunt amplianda in damnum aliorum nu.8. neque contra priuilegiatos retorquenda nu.9. qui eis non poſſunt renunciare nu. 10. & quando per reſcriptum cenſeatur eis derogatum nu. 11. & inter miſerabiles, qui præferantur nu.12.*

CAPVT XIII.



SICVT animæ infirmitas miſeratione digna eſt, vt in fin. præcedentis cap. diximus, ita & corporis, ideo morbo diuturno fatigati, & debiles inter miſerabiles perſonas conſiderantur in l.1.iuncta rub. C. quando
1 Imper.inter pup.& vid. ea † enim, quæ ægritudinem, & dolorem afferunt, & ad interitum perducunt, quæve à mala fortuna proueniunt, magnaq; ſunt, miſerabilia dicuntur, cuiuſmodi ſenectus, morbi, cibi penuria, & ſimilia, vt doctiſſimè explicat Ariſtot. Rhet.lib.2.& Caſtell.de off.Regis lib.4.cap.11. cum Theologis pro-
2 bauit, † nil aliud eſſe miſericordiam, quam ægritudinem ex alterius
3 rebus aduerſis, quapropter inter miſerabiles perſonas omnes † ij connumerandi ſunt, quorum gratia naturæ inſtinctu ad miſericordiam mouemur. & quia non poteſt dari in hoc certa doctrina, ideo talis
4 conſideratio † prudentis Iudicis arbitrio relinquitur. vt cõgerit Menoch. de Arbitr. Iud.caſ.66. nu.1. & nu.3. inter miſerabiles reponit
5 † pupillos, & viduas inopes, vt virgines, & ſtudentes. Viu.deciſio.65.

nu.3.& 5. & mercatores donec ſunt in itinere.Fely. & Moderni in c.
6 ſignificantibus extra de off. deleg. vbi † enumerant priuilegia miſerabilibus perſonis conceſſa,& Doct.in d.l.1. C.quando Imper. inter pup.& vidu.Iafre.deciſ.146.& 251.Rebuff.de ſent.prouiſ.Guido Papæ,& addent:quæſt.566.Sylua nup.lib.6.quomodo ſit iudicandum nu.27.& ſeq.Caballi.milleloquio 697.& ſeq.& ad cõſti. Ægidij lib. 2.cap.1.verbo,miſerabilis. Grammat.deciſ.20.Theſaur. deciſio.177. Viu.d.deciſ.65.& 151.lib.1.Rota Macerat.per Amat.deciſio.vlt. per totam.Rolan.cõſ.76.lib.1.& 20.lib.2.Aſin.in pract.ciui.§.3. cap.31.
7 nu.33. & Pius V. in conſtit.190. diſpoſuit † miſerabiles perſonas in cauſſis diſcuſſionum pro ſuis creditis vſque ad ſumma ſcutorũ quin-
8 quaginta,alijs creditoribus præferri. & prędicta † ſimiliaq; Priuilegia licet non ſint ita amplianda, vt cæteris ſint iniurioſa. Syl. Nupt.vbi
9 ſup.nu.28. non tamen † debent in damnum ipſarum miſerabilium
10 perſonarum retorqueri.Calcan.conſ.57.nu.12. quæ † illis renunciare non poſſunt,vt per ſcribentes in d.l.1.quãdo Impe. & in ſpecie de ſenibus voluit Fabius Montele.de Priui.ſenect.c.7. nu.43.& per clau
11 ſulam † non obſtante in reſcripto poſitam,non cenſeri derogatũ dictis priuilegijs,niſi magis ſpecifica fiat reuocatio, ſcribunt Marſi. in pract.crimin.§.quæritur nu.14.Grammat.deciſ.20.Fely.in c.nõnulli extra de reſcrip.& Vadus Ciuis noſter,in aureo ad eum repert.in ver-
12 bo clauſula non obſtante.Sciasque inter † ipſas miſerabiles perſonas præferri eũ,qui maiori dignus eſt miſeratione, vt inter pauperes pauperior,inter ægros magis æger,ita declarat Surdus in tract. de alimen. tit.1.q.93.nu.16.alia dicerem de miſerabilibus perſonis,ſed quia Rebuff.de ſent.proui.art.3.gloſ.vlt. plenè de illis agit, prærogatiuas etiã plures colligendo,ad eum me refero. & priuilegia conſequi etiam diuites miſerabiles docet Natt.conſ.590. nu.8. & ſeq.

R V B R I C A XIIII.

Furor inter infirmitates animi, an corporis ſit connumerandus.

S V M M A R I V M.

1 *Furor inter carnis infirmitates repoſitus. Intell. vt nu.7. & ſeq. & non eſt peccatum, ſed pœna peccati nu.2. & dicitur cæcitas mentis ad omnia nu.11. & an impediat promotionem ad ſacros ordines nu.24.*

3 *Furioſi*

3 *Furioſi valetudine impediti dicuntur, ijq; , dementes, mentecapti, fatui, & fannatici pro eodem ſæpe accipiuntur. nu. 6. & quando ægrotis comparentur, & mortuis nu. 18. & ſeq.*

4 *Fannaticus, corpore ſanus, ſed animo vitioſus, & furioſus nu. 5.*

9 *Phreneſis quid ſit.*

10 *Animorũ ſanitas vbi ſita, & qui dicantur animo affecti, & corpore in fi. cap.*

12 *Mentis ſanæ eſſe præſumuntur tam infirmi, quam ſenes, & nu. 13.*

15 *Furioſi quæ conſequantur, & apud quos tractetur de eis. & nu. 16. & quę amittant nu. ſeq.*

20 *Morbus, qui ſit cæteris magis priuilegiatus, & de comitiali, & gallico. nu. 25. & 27.*

21 *Medicorum iudicio in quibus ſtandum ſit, & nu. ſeq. & quali diligentia vti debeant in referendis morbis nu. 23.*

28 *Curans furioſum fit eius ſucceſſor legitimus.*

CAPVT XIIII.

NVNC videamus vtrum furor ſit animi, ſeu corporis affectio. & tex. toties citatus in c. illud. §. Similiter 15.
1 q. 1. ipſum furorem † inter carnis infirmitates connumera. ibiq; Arch. & Card. à Turre Cremata. textus au-
2 tem verba ſunt hæc. Furor † cum non ſit peccatum, eſt tamen pœna peccati; vt febris, & cæteræ paſſiones, quas propriè carnis dicimus, quarum motus, hoc eſt ea, quæ illis perturbantibus fiunt, nulli imputantur ad pœnam. Vlp. verò in l. 2. §. ſed ſi non pro-
3 pter verſ. idem eſt. ff. ſi quis caut. ſic ſcriptum reliquit. † qui furore impeditus eſt, valetudine impeditur. ergo furor potius corporis, quam animi affectio eſſe videtur. In contrarium tamen vrget. l. 1. circa fi. ff.
4 de ædil. edi. vbi idem Vlp. cum Viuiano ſenſit, † fannaticum corpore ſanum eſſe, ſed animo vitioſum, ideoq; redhiberi non poſſe, quoniam ædiles de corporis vitijs locuti fuerunt, vnde exempto actio
5 cõpetit. Fannaticus † autẽ furore agitatur. Balduino teſte eò loci. Isq;
6 † demens, mente captus, fatuus ſępe pro eodem ſumitur. vt not. l. cum demẽtis. C. de epiſ. audi. Boer. dec. 23. n. 42. Matth. & addent. not. 179. Quid dicendum? In hac difficultate ita diſtingui poſſe exiſtimo.
7 Aut Carnis † affectio largè ſumitur, aut ſtrictè. Primo caſu furor affe-

ctio

ctio carnis dici potest, nam quicquid carnem afficit etiam absq; aliquo dissolutionis periculo infirmitas dicitur. vnde dicit tex. in cap. illud. 15. q. 1. quod concupiscentia carnis dicitur infirmitas, sed verius animi infirmitas. ita furor carnis affectio vocari poterit, quia carnem afficit, verius tamen animi Infirmitas appellabitur. quod in specie probat Maiol. de Irreg. lib. 2. cap. 13. animus nanq; pręcipuè afficitur. videmus etenim furiosos, ac mentecaptos validas non infirmas vires
8 corporis habere, vnde ægroti propriè non sunt. nisi furor † ipse ex corporis infirmitate prouenerit, vt contingit phrenetico, cui furor ex
9 febribus accidit. l. 1. §. interdum. ff. de ædil. edi. Phrenesis enim † morbus acutus dicitur, cum ægrotantes desipiunt, & aliena loquuntur. Menoch. cons. 82. nu. 198. vol. 1. Et hoc casu talis furor propriè dicitur infirmitas etiam post sublatá febrim, dum durat phrenesis. Cępol. in d. l. 1. §. interdum nu. 4. per se autem furor non est propriè infirmitas. l. 1. ff. de ædil. edi. Hier. Gab. cons. 50. nu. 2. vol. 1. ideo pulchrè scri-
10 psit Cic. 3. Tuscul. Sanitatem † animorum positam esse in tranquillitate, ac constantia quadam; quibus vacuam mentem, dicit, veteres ap-
11 pellasse insaniam. furorem verò † mentis ad omnia cæcitatem, ergo furor ad animum propriè non ad corpus refertur, & per consequens
12 furiosi propria ægrotantium appellatione non veniunt. Ideoq; † Infirmi etiam in extremo vitæ, sanæ mentis esse præsumuntur. Abb. in c. cum dilectus in 3. not. extra de succes. ab intest. Saly. in l. furiosum nu. 3. C. qui test. face. poss. Ioseph Ludoui. commu. conclus. lib. 1. cóc.
13 14. illat. 193. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 5. nu. 4. Item † valde senes, qui infirmi sępenumero sunt, in mentis sanitate perseuerare existimantur, præsumunturq; teste Saly. in l. seniú. C. qui test. fac. poss.
14 patet igitur morbum à furore differre, quamuis † quoad iuris effectus æquiparentur, ex sententia Bal. in l. & qui. ff. de postul. amplè enim ip-
15 sis furiosis, vt ægrotantibus iura † consuluerunt, vt colliges ex Tiraq. de pęnis temp. caussa 2. & 3. Boer. decis. 23. Duen. reg. 259. Paris. cons. 87. & seq. lib. 3. Gram. cons. cri. 16. Ceph. 753. nu. 48. li. 5. Aym. 59. li. 4. Rim. cons. 7. nu. 69. lib. 1. 376. nu. 21. lib. 4. Menoch. 82. nu. 221. & seq. li. 1. Ludou. in 1. decis. Perus. Suarez. alleg. 1. Rol. cons. 27. nu. 24.
16 lib. 3. Decian. 127. n. 36. li. 3. & cons. 53. in 2. qui † omnes, alijq; quos cósultò ommitto, furoris materiam explicant. & nouissime Menoch. de præsumpt. par. 2. lib. 6. præsumpt. 45. per totam. & Viu. decis. 367. lib. 2. ac Hond. cons. 78. lib. 2. nu. 55. & seq. vbi docet qualiter furoris

præsum-

17 præſumptio elidatur Dec.cõſ.448. Et quæ † furioſi propter furorem amittant percipies ex Tiraq.de nobil.c.36.& ex deciſ.Rotæ 107.par. 2.in nouiſs.vbi nu.28. dicitur, diſpoſita in furioſo non procedere in ſimplici, ſubſtupido, & hebetis ingenij. Decian.conſ.448.nu.21.

18 Vtq; æquiparatio inter ægrotos, & furentes procedat, morbus † debet eſſe grauis. per iura adducta à Sebaſt. Med. in tract. mors omnia ſoluit, par.1.nu.132.vbi probat morbum grauem æquiparari morti, & valde infirmum furioſo, qui & mortuo comparatur,vt dicam cap.
19 ſeq. ſicut demens † pariter mortuo comparatur. Bal. relatus à Gram. conſ.cri.16. num.18.non ergò omnes ægroti ita fauorabiles ſunt, vti furore affecti. hinc dixit Panor. in c.cum tua nu. 3. per illum textum extra qui matri.accuſ.poſſ.quam ſequit.Rimin.iun. conſ. 801.nu.9.
20 lib.7. † illum morbũ cæteris eſſe magis, priuilegiatum, ex quo quis
21 fuit paſſus mentis exilium, & circa hoc † medicorum iudicio ſtandum erit,& quis ſit vere furioſus, vel fictus,& quando morbus ſit lętalis, & ex præcedenti, vel ex noua cauſſa redierit, & generaliter
22 †in omnibus ad Medicinam ſpectantibus ad Medicos recurrendũ eſt, vt copioſè docet Tiraq. de nobilit. c. 30. faciunt ſcripta per Boerium deciſ.123.nu.3.Burſat.conſ.40.nu.65.& ſeq.lib.1.Bertaz.conſ.
23 cri.85.nu.28.lib.1.& Farin.quęſt.cri.37.num.41.& qua † diligentia vti debeât Medici in referendis morbis,habetur infra cap.50. nu.13. & relatio cautè à Iudice eſt recipienda, vt ibi dicitur, & recipi poteſt quocũq; tempore etiam feriato, vt poſt citatos dixit Alex. in l.1.§.ſed
24 excipiuntur.num.6.ff.de ferijs. Nec eſt omittendum furioſos † non eſſe ad ſacra promouendos, etiam poſt liberationem,propter periculum,ne in furorem relabâtur,vt per Maiol. de Irregul. lib.2.c.14.col. 3.qui limitat in phrenetico,quia vitium ipſius, non eſt vitium animi
25 ſed corporis, vt videtur † eſſe morbus comitialis, ex eiuſdem Maioli ſententia, ſed lunaticos mentis alienationẽ pati arbitratur, & dęmoniacos, & maleficiatos vitioſos potius, quam morboſos exiſtimat,vi-
26 de eum in d.cap.14.15.16.17.& ſeq.qui † inter ęgritudines corporis cõnumerat lepram,peſtilentiam,paralyſin, & morbum gallicum,de
27 quo † multa ſcribit. & Natt.conſ.24. & plenius adden. Bertaz. conſ. cri.228.vbi multa dicũt de corporis,& animi morbis,& pręſertim de inſania. & de curatore furioſi plenè Pet. Greg in Syntag. iuris vniu.
28 lib.13.c.3.vbi nu.31.ait,quod † curans furioſum,eius fit ſucceſſor legit.per auit.liberi. C.de Epiſc.audi.

RVBRICA

RVBRICA XV.

De constitutis in mortis articulo.

SVMMARIVM.

1 Constitutus in articulo mortis largè quis dicatur, & quis proprie. nu.2. & non omnis infirmus talis dicitur, num.3. sed qui citò est moriturus num.4. eiq; magis fauetur, quam cæteris infirmis nu.6. cui multa concessa sunt, remissiuè num.8. & quando mortuo comparetur nu.9. licet, moriens, non mortuus dicatur nu.10. & quæ possit explicare nu.14. & seq.

5 Laborare in extremis qui dicantur, & an in spiritualibus necessitas consideretur. nu.17.

7 Periculi instantis ratione multa conceduntur, quæ non concederentur.

11 Pœna grauis imponitur moribundos molestanti.

12 Afflictio non est addenda afflicto.

13 Possessio illegitima est, quæ post mortem capi poterat, & capta fuit possessore in extremis existente.

16 Articulus mortis an constituat aliquem in graui necessitate spirituali.

18 Contritionis effectus maximus.

CAPVT XV.

ANTEQVAM de constituto in articulo mortis verba faciam, præmitto, quis talis dicatur, & dicit Bart. in repet.l.1. nu.39. C.de sacrosanct.eccles. & Ioan. Bapt.
1 Corra. in respon.cas.conscien.q.12. in fi. † quemlibet viuentem largè posse dici in articulo mortis constitutum, quia quotidie morimur, & sicut aqua dilabimur, & tunc quoq;
2 cum crescimus vita decrescit, teste Seneca epist. 24. propriè † autem quando instat periculum mortis de proximo, vel ex grauitate morbi, aut ministerio Iustitiæ, prædonum, vel hostium, alijsq; de caussis, de quibus in l.3. & seqq.ff.de donat.cau.mor. vj.omnino Card.Tolet.de Instruct.Sacerd.lib.1.cap.15. hoc stante conclusio firmanda est, non
3 † omnes ægrotantes posse dici in mortis articulo cõstitutos, sed benè

in mortis

in mortis periculo, ex Panor. in c. quod de his in fin. extra de ſent. ex-
4 commu. & tales. i. in articulo mortis conſtituti, cenſendi ſunt, † qui
ex morbo citò ſunt veriſimiliter, & à communiter contingentibus
deceſſuri, & quorum infirmitas, vt eorũ eſt, qui febri acuta laborant,
à Medicis reputatur mortalis. Nauar. in Manu. confeſ. cap. 2. nu. 8. &
in cap. 1. circa princ. de pœnit. diſt. 5. Burſat. conſ. 40. num. 65. lib. 1.
Vel ij, qui extremam vnctionem receperunt, quia pauci ex eis eua-
5 dunt, vt experientia docet, & † in extremis ille laborare dicitur, qui
ex morbo abſq; ſanis interuallis moriturus eſt, licet pluribus diebus
ſuperuiuat. Bal. in c. 1. col. vlt. extra de pact. Cotta in memorab. litte-
ra E, in fi. Sebaſt. Med. in tract. Mors omnia ſoluit, par. 1. nu. 16. &
6 † iſtis exiſtimo magis fauendum eſſe, quam infirmis cæteris, in tan-
7 to periculo non conſtitutis, nam † ratione inſtantis periculi multa
conceduntur, quæ alias non concederentur, vt plenè per Roma. in
8 repet. l. ſi vero. §. de viro nu. 71. ff. ſolut. matr. quæ † autem illis con-
ceſſa ſint colliges ex Canonicis in c. paſtoralis. §. præterea, vbi Fely.
extra de off. ordi. & in c. 36. extra de off. deleg. Panor. & adden. in c.
cum dilectus in 3. not. de ſucceſſ. ab inteſt. Guliel. Bened. in c. Ray-
nutius in verbo, in extremo de teſtam. Ripa de priuil. iudi. cauſſa pe-
ſtis nu. 48. & Sebaſt. Med. in d. tract. mors oĩa ſoluit, par. 1. nu. 114.
9 per iura ibi adducta, probat, conſtitutos † in articulo mortis, mortuis
æquiparari. (quod procedit in fauorabilibus, nõ autem in odioſis,
ad tradita per Marſi. in pract. cri. §. ſed quia nu. 37. & ſeq.) quamuis
10 † morientes, non mortui iſti dici debeant, qui ad mortem tendunt,
ex gloſ. Inſtit. de l. Furia cani. in princ. momentumq; moriendi vitæ
potius, quã morti tribui bene probat Cuiac. obſer. lib. 3. cap. 34. per
11 tot. & qui † iſtos moribundos moleſtant graui ſunt pœna afficien-
12 di, auct. item qui. C. de ſepul. viol. quia † afflictis non eſt addenda
afflictio. l. Diuus. ff. de off. præſi. cum vulg. & ex hoc cõprobatur cõ-
13 cluſio illa, vt poſſeſſio illegitima † ſit, quæ poſt mortẽ alicuius capi
poterat, ſi capta fuerit, eo in extremis exiſtente, vt poſt Iaſ. conſ. 146.
nu. 5, in fin. lib. 4. dicit Hond. conſ. 18. nu. 27. in 2. ſed quæro, quæ
14 † poſſint explicari per conſtitutum in articulo mortis? & poſt Bar-
bat. in c. Raynutius latè materiam agentem col. 3. extra de teſtamẽ.
Burſat. conſ. 40, nu. 72. lib. 1. dicit, omnes actus poſſe validè fieri ab
eo, & effectum ſortiri, vide Abb. & addent. in c. cum dilectus in 3.
notab. extra de ſucceſſ. ab inteſt. Aym. conſ. 6. num. 57. vbi probat,

posse testari, testificari, & matrimonium cōtrahere. Ceph. cons. 276.
15 nu. 33. intellige, † nisi esset tam propè mortē, vt sensum amisisset,
16 Bursat. vbi supra, Abb. & addē. in loco citato. An autem † articulus mortis constituat hominem in graui necessitate spirituali? & dic quod non, cum Reuerendiss. Benzonio in tract. de fuga par. 1. q. 1. pag. 10. littera A, vbi subdit, martyres fuisse in nulla necessitate spi-
17 rituali. & † Christianos rarò pati necessitatem spiritualem extremā,
18 quia per contritionem saluari possunt, contritio † enim sine actu Sacramenti, licet non sine voto, remittit peccatum, & cōstituit ho-
* minem in gratia, vt communiter Theologos tenere, ipse eò loci te-
19 statur. Sed an † exceptio non numeratæ pecuniæ competat contra confessionem factam in articulo mortis, docet Ias. in l. 2. §. creditum num. 18. ff. si cert. pet. vi. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 12. nu. 49. & 50.

R V B R I C A X V I.

De constitutis in periculo mortis.

S V M M A R I V M.

1 *Periculum mortis aliud est, quam quod per infirmitatem, & distat ab articulo mortis nu. 2. & constituti in primo nō sunt ita priuilegiati, vt sunt positi in secundo. nu. 3. quæ autem constitutis in periculo concedantur remissiuè nu. 6. & propriè periculum intelligitur personæ nu. 7. neque opus est vt sequatur mors nu. 8.*

4 *Vnctionis extremæ Sacramentum quibus concedatur.*

5 *Constituti in periculo mortis, quando ratio viget, consequuntur priuilegia aliorum infirmorum.*

C A P V T X V I.



MORTIS periculum pluribus de caussis homines subire solent, vel ab hoste, vel à prædonibus, vel ab hominis potentis crudelitate, alijsq; modis expressis in l. 3. & sequentib. ff. de donat. caussa mor. vbi vide-
1 tur colligi, periculum † mortis aliud dici, quā quod est per infirmitatem, & in specie hoc voluit Innoc. per illum textū in c. quod de his extra de sent. excommu. & Graff. lib. 1. Decis. casuū

consci.

2 consci.c.13.nu.84.scripsit, † periculum mortis longè distare ab articulo. Si quidem in articulo mortis cõstitutis mors imminet, vel nobis inuitis, secus in periculo, cui sponte, & nullo cogente nos exponimus, vt cum mare, vel prælium ingredimur. quia igitur (subdit Graff. ibi) periculum mortis nostro consilio, nostraq; culpa accidit,
3 inde fit † vt in periculo mortis constituti non gaudeant tot priuilegijs, vt grauiter ægrotantes, & in articulo mortis positi, & ipse ponit exemplum, quod nõ refero, vt neq; exemplum Corradi. in resp.
4 casuum consci.q.12. in fi. sed addo † extremæ vnctionis Sacramentum infirmis concedi, vt dicam in secunda parte, in verbo, vnctio. constitutis autem in quouis mortis periculo nequaquam, vt mare intrantibus, vel per loca insidiosa trãseuntibus, quos versari in mortis periculo constat per citatam. l.3.& 4.ff.de donat.cau.mor. Declara cum Menoch. de Arbitra. Iud. lib.2.casu.61.nu.10.& seqq. vbi in
5 fine d.casus concludit, disposita † de Infirmis puta, vt ad æternam rei memoriam examinentur, ex paritate rationis extendi ad alios in mortis periculo constitutos, licet re vera infirmi vocari non possint, per supradicta, & firmat post citatos per eũ Gomes. ad regu. cancella.
6 de infirmis resignant. q. 8. in fi. & † multa concessa istis constitutis in periculo mortis congerunt Moderni in ca. quoniam frequenter
7 extra, vt lite non context. & proprie † periculũ intelligitur personæ, per tex. in l. interpositas. C. de transact. facit. l. ex maleficijs circa finẽ ibi, cuius casus periculosus est. ff. de act. & obli. & l. si verò. §. prætor
8 ait, ibi periculosè positum. ff. de ijs, qui deiec. vel effud. & † dicitur mortis periculum, etiam si non sequatur mors per iura citata à Comeo cons. 53. in hac consult. num.4. lib.4.

RVBRICA XVII.

Infirmitas, ex qua æger decessit, quæ operetur.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus c. illud. 15. q. 1.*

2 *Testamentum infirmi Romam petentis factum coram duobus testibus an teneat.*

3 *Causo-*

3 Canonica portio, quando de bonis oblatis ab ægroto danda sit.
4 Legatum per traditionem an transeat in donationem inter viuos, & quando translatio legati ab infirmo facta effectum sortiatur nu. 5.
6 Testamentum sub conditione, si ex morbo moriar, an teneat.
7 Donatio caussa mortis facta ab infirmo, quam conditionem habeat.
8 Creditor expensarum infirmitatis, quando cæteris creditoribus præferatur.
9 Resignatio beneficij ab infirmo facta, quando teneat.
10 Vulnerati assertio an aliquod operetur contra vulnerantem.
11 Salutis æternæ memor quisque præsumitur.

CAPVT XVII.



CERTVM est regulariter, non oportere ægrotum ex morbo decedere, vt priuilegia infirmis concessa consequatur, quia licet textus toties allegatus in c. illud 15. q. 1. eam propriè infirmitatem esse dicat, qua caro afficitur, & tandem dissoluitur; non tamen ob-
1 stat, nam † debet intelligi, dissoluitur, idest in dissolutionis periculo ponitur: ita Logici dicunt hominem risibilem, quamuis non semper rideat, & facit tex. in l. 1. §. æstiua. ff. de aqua quotidia. & æsti. benè verum est in multis casibus necessariam esse mortē ægroti, vt dispo-
2 sita de illis locum habeant, ecce, quando † Romipeta in itinere infirmatur, valet testamentum eius cum duobus testibus, si plures cōmodè habere non potuit, fauore cultus Diuini, secundum Ang. in aut. omnes peregr. C. commu. de success. Castr. in l. nutritoribus eod. tit. vbi dicit esse verum si moriatur, secus si superuiuat, sequitur Ias. in l. & ab antiquis nu. 9. C. de testam. item in c. de his extra de sepult.
3 Canonica † Portio iubetur dari de bonis oblatis, dummodo in ęgritudine illa decedat infirmus. concordat Clemen. dudum. §. verū de
4 sepult. vbi glossa quærit, an † traditio rei legatæ in vita facta à testatore constituat donationem inter viuos, & dic vt per Afflict. decisio. 275. testator nu. 6. vbi distinguit, an ex ipsa infirmitate mors secuta
5 sit, nec ne. pręterea † legati translatio facta occasione mortis speratę ex morbo, ita demum effectum habet, si ex eodē morbo legatarius moriatur, non si ex alio, vt dicit Bart. per illum tex. in l. alumnæ. §. fi.
6 ff. de adim. legat. & idem in l. potest. ff. de hęred. instit. quęrit an † valeat

leat testamentum sub conditione, si de hac infirmitate decessero, & dicit valere, sed per reconualescentiam testamentum irritari. quod
7 non haberet locum, si id testator nō expressisset, licet † enim in donatione, caussa mortis, facta per eum, qui de propria vita desperauit, tacita intelligatur conditio, si ex eo morbo mors secuta sit. l. Senatus. ff. de donat. cau. mor. secus est in hæredis institutione, vt per Bal. in l. fin. C. de posthu. hæred. instit. & dicam in secunda parte in verbo,
8 donatio, & in verbo, institutio. præterea † tunc creditor expensarū pro infirmo factarum cæteris creditoribus præfertur, cum illæ factæ fuerūt in ea infirmitate, ex qua mors secuta est. Borgni. latè decis. 32.
9 nu. 7. par. 1. & dicam 2. par. in verbo, Expensę, & † beneficij resignatio ab infirmo facta tunc nulla redditur, cum resignans infra dies viginti occubuit, vt in reg. Cancella. de infir. resig. quā copiosè ex-
10 plicat Gomes. & ad eum me refero. Accedat assertionem † vulnerati contra vulnerantem, tunc demum aliquid operari, cum mors secuta est. Clar. in pract. crim. §. vlt. quæst. 21. vers. assertio. Bonacos. de cōmu. opin. verbo assertio, & plenè in materia Farinac. quęst. cri. 46.
11 per totam, par. 2. item quamuis † quisq; æternæ salutis memor esse præsumatur. l. vlt. in fi. C. ad l. Iul. repet. cum vulgaribus, magis tamē præsumitur is, qui ex morbo decessit, ad tradita per Farinac. vbi sup. & Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 5. Constat igitur ex supradictis, propter vltimam infirmitatem multa disposita fuisse, quę nō procedunt in cæteris, quia fortasse in vltima mors etiam operatur, & duo vincula magis stringunt.

RVBRICA XVIII.

De debilibus, & debilitatis, & comparatione inter ipsos, & infirmos.

SVMMARIVM.

1 *Debilitati qui dicantur. & nu. 3. & mutilatis æquiparantur nu. 5. intell. vt nu. 6. & 7. & quando inter eos, & infirmos æquiparatio procedat. nu. 8. & 9. & quæ cōcedantur debilitatis nu. 10. remissiuè, & à quibus muneribus excusentur nu. 11. & hoc pendet ab arbitrio Iudicis nu. 12. & an excusentur à pęna conspirationis nu. 14.*

2 Morbus

2 *Morbus aut est in toto corpore, aut in parte.*

4 *Mutilati an possint vocari debilitati.*

13 *Infirmi ne dum excusantur ab ijs, quæ corpore implenda sunt, sed ab ijs, quæ consilio, & opibus.*

15 *Officia publica carentes membris habere non possunt.*

CAPVT XVIII.

DEBILITATEM ab infirmitate differre colligimus ex rubrica extra de cler.ægrotan. vel debilit.& Alex.in additionibus ad Bart.in l.2.C.qui morbo se
1 excu.lib.10.ait, tunc † quem dici debilitatum, cum
2 aliquis sensus perditur, morbus enim † aut est in toto corpore, aut in aliqua eius parte. totius corporis morbus febris est, partis verò, amissio sensus, vt cæcitas. l.1.§.sed sciendũ.ff.de ædil.
3 edi.item dicimus † debilitatos eos, qui officio alicuius membri impediti sunt Menoch. de arbit. Iud. lib.2.c.60.nu.15.debilitas enim hæc propriè esse videtur, secundum Hosti.in summa, de corp.vitiat.
4 nu.1.vbi † subdit, membro carentes, mutilatos dici, licet & hi debi-
5 litati vocentur in c.2.extra de cleri.ęgrot.quicquid sit.isti, † æquiparantur, ex sententia Floria.in l.binas.ff.de seruit. Vrba.prædi.vbi tenet, quod debilitans membrum alicuius puniatur pœna statuti de
6 obtruncante. quod † verum esse dicit Aufre.ad capellá Thol.quęst. 207.in fine, quando membrum ex toto debilitatur, & ita potest intelligi Cæpol. in l. item Offilius.nu.2.ff.de ædil.edi.dum æquiparat
7 † membra mutilata, ac debilitata, præterea licet membrum debilitatum esset inutile, quo ad operationem, vti obtruncatum, valeret tamen quo ad decorem, secundum Aufre.vbi sup.ideo multi deferũt pedes ligneos, & manus Ferreas, vt dicit Caroc.in tract.iuram.decis.
8 q.5.13.principalis, nu.17.in fine & nu.seq.probat, † quod si quis est debilitatus ita, vt muneri, de quo agitur, incumbere non possit, sicut non posset infirmus, à paritate rationis dispositio loquens de infirmo, locum habebit in debilitáte, vt in casu.c.2.de cleri.ægrot. & c.si qui testiũ de testi.& ipse Caroc.ibi ponit omnia dicta per Menoch.
9 citato cons.60.nu.17.& seqq.& tunc præsertim † debilitati fauetur, cum ab infirmitate debilitas prouenit, ad not. per Rimi.iun. Iac.de Nigris, & recentiores in l.1.ff.de off.eius, tunc enim non videtur ab infir-

10 infirmitate differre, vt per Caroc. vbi sup. nu. 17. alia † debilitati cõcessa colliges ex Canonistis in cap. si pro debilitate extra de off. iud. deleg. Fely. cons. 3. num. 2. & seq. Menoch. d. casu. 60. vbi nu. 19. ait,
11 Debilitatum excusari † à muneribus, quæ corpore implenda sunt, per l. 2. §. corporis. ff. de vacat. mune. secus ab ijs, quæ consilio prudẽtis viri, vel opibus obiri possunt, vt subdit tex. ille, nisi, addit Iurecõsultus, certis, & receptis, probabilibus caussis, ex quibus verbis colli-
12 gi posse existimo, arbitrarium † esse iudici, quando corporis debilitas excuset etiam à muneribus, quæ consilio, & opibus obeũda sũt,
13 à quibus † excusari infirmos, sensit Paul. Oria. in l. 1. nu. 62. ff. de off.
14 eius. & dicam in 2. parte. eosq; † vti etiam debiles, excusari à conspirationis pœna arbitror, per rationes eruditi Menoch. de arbit. iud.
15 casu. 301. nu. 21. & 22. Nec est prætermittendum † carentes mẽbris non posse habere off. pub. vt post Ber. dicit Bal. in præ. Decret. inci. Greg. num. 46.

RVBRICA XIX.

De senibus, & comparatione, ipsorum cum infirmis.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitatis ad honorẽ redundat, quod in alimenta ætatis infirmæ relinquitur.*
2 *Infirmus non dicitur dentibus carens.*
3 *Senes nõ sunt propriè infirmi, & licet valde senes sint morti proximi nu. 4. tamen præsumuntur viuere per quinquennium nu. 5. qui autem præsumantur perpetuo morbo laborare nu. 6. & qui æquiparentur infirmis nu. 12. senesq; duro carcere non sunt coercendi nu. 13. eisq; maior habetur fides nu. 15. possuntq; defendere se imparibus armis nu. 18. & non tenẽtur præstare cautionem, de non offendendo nu. 19. aliaq; eis sunt concessa nu. 20. remissiuè.*
7 *Septuagenarij senes propriè dicuntur, & quo pacto eorum ætas probetur ex aspectu nu. 9.*
8 *Senium quãdo incipiat, & quas incommoditates afferat nu. 10. remissiuè, & an sit iusta caussa minuendi pœnam nu. 14. tollatq; præsumptionem incontinentiæ nu. 16.*

11 Seniores

CAPVT XIX.

SENES debiles esse constat, & senectutem debilitatem, vt per Fely. in c. quoniam frequẽter col. penult. extra vt lite nõ cõtext. Gomes. ad reg. cãcell. de infir. resig. c. 7. in fi. & ita intelligo l. Ciuitatib. ff. de leg. 1.
1 vbi I.C. ad honorem † Ciuitatis pertinere respondit, quod in alimenta ætatis infirmæ, puta senioribus, pueris, puellisq;
2 relictum est, ideo in l. cui dens. ff. de ædil. edi. expresse dicitur † carentem dentibus non esse infirmum, alias, subdit textus, nullus senex sanus diceretur. verior igitur, & recepta sententia est, inter infirmos
3 † senes non esse connumerandos, vt per Doct. in d. c. quoniam frequenter, Alci. de præsump. reg. 1. præsumpt. vlt. Menoch. lib. 6. præsumpt. 46. & de Arbit. Iudi. lib. 2. cap. 60. num. 8. & 9. Et licet vulgò
4 dicatur, senectutem ipsam morbum esse, & † valde senes morti esse proximos, Viu. decis. 243. in fi. lib. 2. non tamen sunt ita proximi, vt
5 iuris præsumpt. † vitæ quinquennalis spem sibi polliceri non valeant, teste Alex. in l. hæreditatum, per illum textum notabilem. ff. ad l. Falci. & dictum Fabij Monteleo. de priui. senect. cap. 5. nu. 25. vt
6 senes † præsumantur perpetuò morbo laborare, intelligo in senib⁹ capularibus, &, vt Plautinis verbis vtar, Acheronticis, senio cõfectis, qui parum, secundum naturæ cursum, à morte distant, & tales vi-
7 dentur esse septuagenarij, quos † propriè senes vocari multi dixerunt, vide Abb. in d. cap. quoniam frequenter nu. 28. & Menoch. de Arbit. iud. casu. 59. per tot. vbi nu. 3. totam hanc rem iudicis arbitrio
8 relinquit, & licet † senium ab anno sexagesimo, secũdum Abb. vbi sup. vers. ego puto, videatur incipere, tamen si cum ea ætate concurrit morbus, dicitur quis senio cõfectus, Caputaq. decis. 311. & 315.
9 par. 1. vbi docet. quo † pacto testes probent ętatem istam ex aspectu, iuxta doctrinam Bart. insignem in l. de ætate num. 10. ff. de minor.

senectutis

10 senectutis autem † incõmoditates recensentur à Tiraq. de leg. connubi.l.6. quas referre supersedebo, & idem in præfatione iuris pri-
11 mogeniorum nu.79. cum pluribus seqq. docet † quando seniores iunioribus præferantur. sed nos videamus, quando infirmis æquiparentur, & cum Menoch.in d.casu 60.nu.12. tunc æquipararí di-
12 cimus, † cum graui senio confecti sunt,& in his, quæ exercitiũ corporale requirunt,cum non plus superesse possunt,quam infirmi, vt per eundem Menoch.de præsump.lib.6.præsump.46.nu.22.& 26. vbi plura exempla colligit,quæ omitto, & idem de Arbit. casu 305.
13 nu.8.probat, † senes duro carcere non debere contineri, sicut neq; infirmos.glossa in l.si vt certo.§.custodiam. ff.cõmodati, & sicut se-
14 nectus, † est iusta caussa minuendi pęnã. Carer.post citatos in prac. cri.§.circa.3.nu.94.ita est infirmitas.l.in metallum la 1. ff. de pœnis,
15 & dicam in 2.par.in verbo,dispẽsatio, Vtq; † testibus infirmis maior habetur fides.Aym.cõs.6.nu.51. Sebast.Med. de fortuitis casib. par.2.q.2.nu.27.ita senibus.Soc.iun.cons.86.nu.15.lib.2.& nedum
16 senium † incontinentiæ præsumptionem tollit c. Fraternitatis 34. dist.verumetiam infirmitas.l.si paterfamil.§.in arrogationibus.ff.de adop.Aymo.cons.321.nu.3. in fi. coitus enim cum morbo incõpa-
17 tibilis est.Abb.in c.tenor extra de iud.& nec † senium,nec ęgritudo de rebus suis disponẽdi facultatem auferunt. l.senium,vbi Doct. C. qui test.fac.poss. Ang. & Crotus in l.stipulatio hoc modo concepta.
18 ff.de verb.oblig. & vtriq; † poterũt 53.senes, & infirmi, mea quidẽ sentẽtia,se defendere,imparibus etiam armis: adscripta post Grãm. cons.cri.29.nu.6.& 7.per Fabium de Monteleo.in d.tract.de priuil.
19 senect.cap.7.nu.8.vnde cogita an quemadmodũ senectus † tribuit excusationẽ à præstanda cautione, de non offendendo,quia de sene vanus est timor. Hercu.de caut.de nõ offen. cap.47.nu.32. ita infirmitas, & tribuere videtur per supradictas, & cum eadẽ viget ratio, pari modo subuenitur infirmis, & senibus. c.si qui testium extra de
20 test.c.quod de his extra de sent.excom. vtq; scias † alia senibus concessa,vide Doct.in d.c.quoniam frequenter,in c.1.extra de maio. & obed.in l.cum quid.ff.si cert.pet.Cæpol.de Impe. mili. cli. in princ. Roma.in repet.l.si verò.§.de viro, Fallen.53.ff.solu.matr. Afflict.& addẽtes decis.1.Sebast.Med.& Menoch. in locis citatis, qui casu 59.
21 de Arbit.iud.nu.5. dicit,quo ad † munera personalia ætatem quinquagintaquinque annorum excusationem præstare,excepta tutela,

F & cura,

& cura, à quibus ſeptuagenarij ſolùm excuſantur. l. 1. C. qui ætate.
22 quorum ſenectus † matura vocari poteſt, cruda autẽ a Virg. Æneid.
6. in Charonte pro viridi ſumitur, vt docet Turnebus Aduerſariorũ
23 lib. 22. cap. 18. in princ. vbi etiam docet † apud Romanos Seniores
dictos fuiſſe, qui quadrageſimum quintum annum exceſſiſſent, &
horum ſanum eſt conſilium. vt 3. Reg. cap. 12. in princ. & quales
24 † ſenes eſſe debeant docet Apoſtolus ad Titum cap. 2. & illis omnis
honor prçſtandus, ideo dicitur Leui. 19. in fi. coram cano capite cõ-
ſurge. Idem vult Ariſt. 7. Ethic. ad Nicom. cap. 20. & 8. cap. 3. ait,
25 † Senes non ſequi iucundum, ſed vtile. & in materia nõ eſt ſilentio
prætermittendum dictum illud, cuius meminit Cic. maturè fias ſe-
nex, ſi diù velis eſſe ſenex, quo monemur, vt integra adhuc ętate
deſiſtamus à laboribus, ac valetudinem curemus, ſi velimus eſſe
diuturna ſenecta.

RVBRICA XX.

De mulieribus prægnantibus.

SVMMARIVM.

1 Mulieres prægnantes ſanæ non infirmæ dicuntur, quæ nec torqueri, nec corporaliter puniri poſſunt nu. 3. & multa alia eis ſunt conceſſa num. 4. an autẽ eis de conceptione credatur nu. 5. & de prægnantia nu. 6. vtrũq; grauidæ fieri poſſint, ſi ſemen non emittant, nu. 7. anq; non deuirginatæ concipere, & parere poſſint nu. 8. aliaq; de eis nu. 11. remiſſiuè.

9 Fœcunditatis, & ſterilitatis ſigna quæ, remiſſiuè.

10 Medicus an peccet procurando abortum ad ſalutem mulieris.

12 Partus immaturus quomodo cognoſcatur. & de partu octomeſtri nu. 13.

14 Obſtetrices iudicant, an mulier ſit prægnans. & ſteriles non poterant fieri obſtetrices nu. 17.

15 Virgo an mulier ſit, nec ne vix cognoſci poteſt.

16 Ars medica olim fœminis prohibita.

CAPVT

CAPVT XX.

1 MAXIMVM, ac præcipuum munus fœminarum esse concipere, ac cõceptum tueri, dicit Vlp. in princ. l. quæritur. ff. de ædil. edi. per hoc, dicens, inter omnes conuenire, mulierem † prægnantem sanam esse, nec-nõ puerperam. i. recentem à partu, si modò nihil extrin secus accidit, quod corpus eius in aliquã valetudinem immittat, Fely. in c. quoniam frequenter extra vt lite non contex. Doct. in l. 2. §. sed si. ff. si quis cauti. Menoch. de Arbit. casu 60. nu. 6. verum scias
2 † mulierib. prædictis multa concessa fuisse priuilegia, vt ipsis infir-
3 mis, vnde torqueri † non possunt, vt not. in l. prægnãtis. ff. de pœnis, neque pœna corporis afflictiua puniri, vt per Bar. ibi, & in l. qui in vtero. ff. de statu. homi. amplia. vt procedat nedum intra quadraginta dies, dum decumbunt, sed etiã post, donec nutrix filio reperiatur. Port. in §. permissum nu. 7. vbi addentes latissimè Instit. de tute. itẽ
4 † alia istis mulieribus concessa ponit Sebast. Med. de fortu. cas. par. 2. q. 6. nu. 64. & hoc præsertim, vt non cogantur personaliter cõparere in iudicio ad ferendum testimonium, sed iudex debeat mittere ad
5 earum domum, vt iurent, & deponant, an autẽ † credatur eis de initio cõceptionis, docet Mascar. concl. 1151. incipiente, Partus nu. 31.
6 & concl. 1214. incipiente, Prægnantia, quærit, an † mulieribus cre-
7 datur asserentibus se prægnantes. vtrumque mulier † grauida fieri queat, si semen non emittit, docet Syl. Nupt. lib. 1. non est nubendũ
8 nu. 86. & 87. & an † non deuirginata possit concipere, & parere ex-
9 plicat Viu. omnino videndus decis. 299. nu. 10. lib. 2. signaq; † fœcunditatis, & sterilitatis colliges ex Castell. de off. Regis lib. 4. c. 22.
10 sed an † peccet Medicus dans medicinã prægnanti infirmæ ad eius salutem, vt abortiatur, dic vt per Graff. in decis. casu. cõsci. par. 1. lib. 2. cap. 63. nu. 22. & 24. & distinguit, quãdo fœtus est animatus, vel nõ.
11 alia † de istis mulieribus prægnantibus colliges ex Doct. in d. l. prę-gnantis in l. Imperator. 2. ff. de statu. homi. Afflict. ad constit. Regni
12 lib. 1. rub. 23. Mant. sing. 10. & † quibus signis cognoscatur partus immaturitas, fusè Menoch. de pręsump. lib. 6. præsump. 12. per totã,
13 & † de nato in octauo mense plenè Paris. cons. 56. lib. 2. & Ludou. concl. 37. per totam. Odd. cõs. 28. lib. 1. & ego adnotaui in l. septimo
14 mense. ff. de statu. homi. sciasque † arbitrium æstimandi, an mulier

prægnans ſit,obſtetricum eſſe,vt in l. 1. ff. de vent. inſpic. quod mul-
15 tis modis cognoſci poteſt, ſed an † ſit virgo eſt in difficili, ac penè
impoſſibili cognitione, vt dicit Cuiac. obſerua. lib. 17. cap. 27. vbi ait
16 etiam, antiquos obſtetrices non habuiſſe, † fœminisq; artem medi-
cam fuiſſe prohibitam. Verum contradicit Plato in Theęteto, vbi
de obſtetricibus loquitur, aitq; tale officium non potuiſſe exerceri à
17 mulieribus quandiù conciperent, Dianamque † vetuiſſe ſubdit,
ſteriles obſtetrices fieri.

RVBRICA XXI.

De cęcitate, & eius effectibus.

SVMMARIVM.


1 *Cęcitas dupliciter conſideratur. & ignorantiæ ſimilis eſt nu. 2. & non poteſt alicui impunè obijci nu. 3. & qualiter probetur nu. 4. remiſſiuè.*

5 *Cęcus quis propriè dicatur, & quando teſtis eſſe poſſit nu. 6. & cur non in teſtamento nu. 7. & quæ ſolemnitates in eius teſtamento requirantur. nu. 8. & inter viuos poſſunt contrahere, vt alij nu. 11. & ſtipulatio illius tenet nu. 12. & matrimonium nu. 13. & poteſt eſſe arbitrator cęcus, ſed nō arbiter num. 14. & magiſtratum retinet nu. 15. ſed cur à poſtulando repellatur nu. 16. à quibus autem ſit immunis nu. 18.*

9 *Statutum an poſſit habilitare ad teſtandum cęcos, mutos, & ſurdos. & ſi dat nouam formam teſtamentis, an cenſeatur tollere ſolemnitates de iure communi in teſtamento cęci requiſitas. nu. 10.*

17 *Librorum legatum cęco factum an teneat.*

CAPVT XXI.



VM cœcitas morbus ſit in parte corporis, licet homo ita natus ſit, vt dicit textus in l. 1. §. ſed ſciendum. ff. de ædil. edi. non eſt à propoſita materia alienum, de
1 ea hic aliqua dicere, & primò eam † dupliciter conſiderari, vt enim viſus duplex corporalis, & mentalis, ita etiam cœcitas. Bal. in rub. C. ſi ex falſ. inſtru. Vide Petrum Vict.

2 Variarum lect. lib.3.cap. 20. & † cæcitas ignorantiæ similis est, vt dicit tex.pluries citatus in cap.illud 25.q.1.qui subdit,ex vtraq; quædam fieri, quæ imputantur,quædam, quæ non; cęcus enim si debitum suæ vxori credens reddere, alienam polluit, non est reus adulterij, quod si ludendo quempiam interemit, quia hoc ab eo peni-
3 tus debet esse alienum, fit reus homicidij. sed an † cęcitas possit alicui impunè obijci? & non posse scripsit Grãmat.super consti.Regni
4 pag.mihi 66.& 179.& quomodo † cęcitas probetur, docet Mascar.
5 de probat.conclu.278.& nu.2.ibi probat,illum † propriè cęcum vo-
6 cari, qui acie vtriusq; oculi caret, & inferius,quando, † & in quibus testificari possit, adde Monticellum in suo Repert.in verbo, Cęcus, & Farinac.quęst.crim.61.opposi.10.à nu.19.vsq; 36.& mihi placet illa distinctio,vt admittatur in illis actibus,qui visu non percipiun-
7 tur,alias minimè Mascar. vbi sup.nu.15.& in † testamentis cæci testes esse non possunt, tum ad euitandas fraudes, tum quia debent
* videre testatorem.ex commu.Clarus in §.testamentum quæst.59.&
8 quando ipsi cęci testantur, quas † solemnitates seruare debeant,docet tex.vbi latè interpretes in l hac consultissima. C.qui testam.fac. poss.ad quam colligit Alph.in collect.suis, quem vide, & Crass. recept.sentent.§.institutio quæst.1.Clar.§.testam.quæst.17.Menoch. lib.4.præsumpt.6.Bertaz.cons.66.per tot.lib.1.ciui.Bursat.cons.47. nu.10.lib.1.Tiraq.de priuil.piæ caus.priuil. 10.Plot.cons.54.latissi-
9 mè Lud.concl.57.& moder.Honde.cons.57.nu.12.lib.2.& † statutum potest habilitare ad testandum cæcos,quia de iure commu.sunt testabiles,licet cum maiori solemnitate Bar. in l. si quæramus nu.7.
10 ff.de testam.vbi non idem putat de mutis,& surdis.si tamen † statutum daret nouam formam testamentis, & de cęcis in specie non disponeret, non censeretur tollere solemnitates de iure communi in testa.cęci requisitas,vt dicit Plot. d.cons.54.nu.11.& nu.16.probat,
11 cęcos † posse inter viuos contrahere,vendendo, donandoq; & alios
12 contractus faciendo coram duobus testib. vt alij,ideoq; † tenet corũ
13 stipulatio.Soci.iun.in l.1.nu.111.ff.de verb.obligat. & † matrimonium; vt dicit Bal.per illum tex.in l.cęcus.ff.de adopt.& licet arbiter
14 † cęcus esse non possit, potest tamen esse arbitrator. Blanc. de com-
15 prom.q.2.nu.3. & quæst.14.& receptum † magistratum, seu iurisdictionem retinet.l.1.§.casum.ff.de postu.vbi I. C. ideo eum repelli,
16 dicit,à postulando, † quód insignia magistratus videre, & uereri

non

non possit:sed Ciuis noster D.Ioã.Bapt.Pelingottus, Federici filius, etiam in cęcitate,Fani per plures annos honestè patrocinatus est,cui
17 legatum factum de libris(mea sententia)tenuisset,licet † regulariter secus,vt post Bal.in aut. ingressi col.18.C.de sac.sác.eccles.dicit Ber-
18 tach.in Repert.in verbo,Cęcus; Item † cęcus est immunis ab oneribus personalibus Sebast.Med.de fort. cas.par.2.quæst. 6.nu.53. vbi alia de cęcis,ad quem me refero;& Vant.de null.ex def.Iurisd.deleg. num.42. & seq.

RVBRICA XXII.

De mutis, & surdis.

SVMMARIVM.

1 *Mutus quis propriè dicatur, & qui surdus nu. 2. & si nihil intelligunt infantibus comparantur nu.3.& curatore indigent nu.4.& torqueri nõ possunt nu.5. quod si intelligunt, maiori comparantur nu.6. ideo matrimonium contrahunt nu.7.& testamentũ cõdunt,si scribere sciunt nu.8. testes tamen in testamento non adhibentur nu.9.aliaq; explere nequeũt, quæ vocem requirunt nu.10.contractus autẽ,qui consensu perficiuntur, explent nu.11. an autem possint esse iudices,arbitri,tutores,& testamẽti executores nu.13.& quo pacto peccata confiteantur nu.14. & an restituantur in integrum num. 15.possintq; esse procuratores, & curatores nu.16.& hæreditatem adire nu.17.*

12 *Notarius quo pacto conficiat,instrumentum inter mutos, & surdos nu. 12.remissiuè.*

18 *Loqui plures vidisse dicit Iustinianus Imper.sine lingua, & comprobat Cuiacius.*

CAPVT XXII.

POSTQVAM de cęcis sermonem habuimus, congruit
1 vt aliqua de mutis,& surdis dicamus, pręmittendo † mutũ propriè eum dici, qui nulla ratione loqui potest. Surdum
2 † vero,qui nullo pacto valet audire, vt docet Port. Inst. qui. non est permissum

3 permissum fac.test.nu.17. isti si nihil percipiunt, infantibus † comparantur. Bar.in tract.de testi.nu.97. & in l.1.vbi cæteri Doct. ff. de verb.oblig.& est bonus text.in l.seruo inuito.§. si pupillo.ff.ad S. C.
4 Trebelli. ideo † hi curatore indigent, vt in locis prædictis notatur, & absq. curatore nec naturaliter quidem obligantur. Soc.iun. in d.
5 l.1.nu.114.ff.de verb.oblig.neque † torqueri possunt, vt delicta fateantur.Bal.in l.1.C.de confess. Bru.de indi.par.2.q.4. num.25.vbi subdit, damnari nõ posse, nisi ex depositionibus testium. vide semper Chart.de execu.sent.contum.cap.2.nu.45.& seqq. & Tranqui. Ambrosinũ Forisempr. oriundũ, in suo tractatu de modo formandi processum informatiuum, lib.1.cap.6.& lib.6.cap.6.quando autem
6 † mutus, & surdus nutu, seu alia ratione intelligunt, maiori æquiparantur, habilesq; reputantur ad omnia, vt cęteri. Doct.in d.l.1.&
7 in l.mutum.ff.de acqui.hęred.Chart.vbi supra nu.48. ideo † matrimonium rectè contrahunt.l.mutus.ff.de iu.doti. vide tamen Paris.
* cons.63.lib.4.vbi nu.7. communiter teneri dicit, mutum, & surdũ posse matrimonium cõtrahere, si habent intellectum, & per aliqua
8 signa possunt consensum ostendere, & nu.15. quærit an † possint condere testamentum, circa quod vide Alex.& alios in l.discretis. C. qui testam.fac.poss.qui tenent eos testari posse, si scribere sciant.non
9 tamen † testes testamẽto adhiberi possunt.§.testes Instit. de testam. vbi Thobias vers. quinto nota, post nu.9. ampliat. etiam si scribere
10 sciant, quia in testificãdo videtur requiri vocis expressio, & † muti, & surdi, non possunt facere ea, quæ requirunt vocis expressionem, vt est stipulatio.l.1.§.si quæsita.ff.de verb.obligat.vbi Bal. nouellus docet, in quibus vocis expressio requiratur, quem vide, & Honded.
11 cons.99.nu.14. lib.2. contractus autem, † qui solo consensu perficiuntur, vt est emptio, vẽditio, locatio, à mutis, & surdis possunt explicari.l.in quibuscunque.ff.de act.& oblig.Ias.in addit.ad Port. Instit.qui.non est permiss.fac.testam.nu.15. Honded. vbi sup. nu.17.
12 & cons.37.lib.1.docet quomodo † notarius debeat cõficere instrumenta inter mutos, & surdos, & per totum consilium latissimè agit de illis, vt etiam Franc.Caldas de resti.in inte. in verbo non absimilis, à nu.58.vsque ad 70.& Sebast.Med.de fort.cas.par.2.q.6.nu.58.
13 vsque 64.vbi dicit † mutos, & surdos nõ posse esse iudices, arbitros,
14 tutores, testamentorumq; executores, quo pacto † autẽ possint peccata confiteri docet Dida.var.resol.lib.2.cap.13.vers. hinc obiter, &

dicam

15 dicam in 2.par.in verbo, Confessio,& an † restituantur in integrũ,
16 docet Odd.de restit.in integ.par.1.q.3.art.2. possintq; esse † procuratores,& curatores. Ange.Instit.qui testamen.tut.dan.poss.col.1. &
17 † hæreditatem adire.Bar.& alij in l.mutum.ff.de acqui.hæred.& ad comprobationem eius,quod scripsit Iust.in l.1. C.de off. præf.præt.
18 Afri. dum ait, vidisse plures, † qui abscissa lingua radicitus, loquebantur,vide Cuiac.obser.lib.19.cap.6. per totum.

RVBRICA XXIII.

De Peste infectis.

SVMMARIVM.

1 *Pestilentia omnium ægritudinũ Regina, & quomodo id intelligatur.nu 5. vndeque proueniat nu.3. & propter eam receditur à regulis iuris nu.10. Amplia in pestis suspicione nu.15.*

2 *Peste infectus dicitur in mortis periculo constitutus, sed non propriè infirmus nu.4.& in quibus ei succurratur.num.9. remissiuè, & laudantur subuenientes nu.11.*

6 *Ant.Maria Actius, Auctoris Pater, ànno xx.publicè disputauit.*

7 *Statutum, quod de percussionibus sanguinolentis non fiat concordia, non est contra ius Diuinum.*

8 *Accepti latio quomodo dicatur de iure gentium,& ciuili.*

12 *Consanguinei non coguntur accedere ad locum contagiosum, vt assistant contractui.*

13 *Sepultura peste infecti non sunt priuandi.*

14 *Bulletinum sanitatis an probet quem non esse peste infectum.*

16 *Testamentum tempore pestis non valet coram quinque testibus.*

CAPVT XXIII.

SÆVIENTIS pestis grauissima esse pericula, & incommoda ostẽdit Reuerendiss. Episc.Benzo.in princ. sui tract. de fuga in peste, vnde non sine ratione pestẽ † esse omniũ
1 ægritudinũ Reginã, dixit Ripa in suo tract. de ea, tit. de remed. ad curan.

curan.pestẽ,in princ.per tex.in c.sicut extra de Symo.& Corn.cons.
2 53.incip. in hac.nu.3.lib.4. Peste infectum † in mortis periculo cõstitutũ esse cõprobauit,vnde infirmus propriè vocari posse videtur.
3 Verùm obstat, nam pestis † est morbus contagiosus à nutrimentorum, seu aëris procedens infectione, vt dicit Ripa in princ.d.tract. nu.7.sed morbus ab inæqualitate humorum procedit,vt sup.cap.11. nu.6.ergò differunt; vt in specie voluit Gomes.ad reg.cancel.de in-
4 fir.resig.quæst.9.in princ.vbi apertè ostendit † peste infectos, infirmos dici non posse,nisi per quandam fictionem,& habito respectu ad periculum imminens ex morbo illo contagioso, propter quem prudens, debet se, & sua ita componere, ac si esset infirmus, vnde
5 † pestilentia omnium ægritudinum Regina dicitur, potius considerato effectu, quia non minus excusat, quam ipsa ægritudo,vt col-
6 ligitur ex d.tract.Ripę & Benzonei.sic in simili perhibuit † Clariss. recol.mem.Pater meus D.Ant.Maria Actius, in 2.eius conclus.quã legum Scholaris annos viginti natus,publicè Forisempronij dispu-
7 tauit,nam sustinendo statutum illud,quod † de percussionibus sanguinolentis non possit fieri concordia,cuius meminit Bal. in l. de pecorib. C. ad l. Aquil. dicebat non esse contra ius Diuinum, nisi quo ad effectum, non enim tollit, ne possit dimitti rancor, sed solũ, ne ex concordia impunitatis effectus proueniat. cum Reipublicæ intersit delicta impunita non relinqui. impunitas quippe est Ciuitatum euersio.citabat Pater meus l. an inutilis in fi.ff.de accept. vbi
8 iurisgẽtium dicitur esse acceptilatio,quod, † vt dicunt Doct.in rub. ff.de verb.oblig.verum est considerato effectu, quia consequitur effectus iurisgentium, licet de iure Ciuili sit.sic Diabolus vocatur animal, vt dicit Archi.in c.principium de pœnit.dist.2.quia homines, quos ad peccata inducit, animalia fiunt, quo ad effectus igitur, pestilentia, infirmitas vocari potest, & peste infecti, infirmi; eis enim
9 non minus fauetur, vt vltra Ripam, colliges † à Fanutio de Inuent. par.3.nu.65.Neuiz.cons.51.Caroc.de loca.tit.de remiss.mer.nu.41. & seq.Sebast.Medi.de Fortu.cas.par.2.quæst.6.à nu.34.vsq; 50.Maiolo de Irregu.lib.2.cap.2.Thess.decis.180.Oddo.de restit.in integ. par.1.quæst.7.nu.94.Rolan.cons.81.per tot.lib.1.Bolognet.consil. 13.Rim.iun.cons.358.& 748.lib.7.Mõder.Rom.in tract.de test.in testam.requis.vbi latissimè cap.11.ampli.8.& inter alia hoc non est
10 ommittendum,quod ipsi probant ibi nu.26.fauore † pestis recedi à

11 regulis iuris commu. & administrantes † spiritualia, & corporalia peste infectis summa esse laude dignos, probat Nauar. in Manu.cõfess.cap.24.num.9.& 11.& plenius Episcop. Benz. in d.tract.q.1.&
12 locum † contagiosum præstare iustam caussam, vt consanguinei recusent eò accedere, ad assistendũ contractui mulieris dicit Menoch.
13 de arbi.cas.212.& sepultura † non esse peste affectos priuandos, sed in loco sacro, alijs non periculoso, humandos, dixit Medic.in tract.
14 de sepult.quæst.7.num.36.sed an † bulettinum sanitatis, vt vocant, probet quem non esse peste infectum? vide Mascar.de probat.cõcl.
15 248. Anq; suspicio † pestis operetur vt pestis.vi.Rim. iun.cõs.404. num.52.lib.4.vbi tenet operari. ad dicta per Anch.consil.88.Adde
16 quod Mod.And. Fachineus lib.5.controu.Iur.cap.92.ostendit † testamentum tempore pestis non valere coram quinque testibus de quo plene Mod.Rom.in loco cit.

RVBRICA XXIIII.

De infirmitatis, absentiæq; comparatione.

SVMMARIVM.

1 *Absentiæ necessariæ impedimentum morbi impedimentum complectitur, & absentia necessaria infirmitati comparatur nu.7. & ex morbo iustificatur nu.8.*

2 *Delegatio caussarum meri, & mixti imperij propter absentiam, & morbũ permissa. intellige vt nu.3.*

4 *Ignorantia eorum, de quibus est publica vox, in infirmo, & absente præsumitur.*

5 *Instrumentum Notarij viui an ab alio posset reassumi.*


6 *Arbiter infirmus, & absens non cogitur sententiam dicere.*

9 *Absens metu morbi iusta de caussa abesse dicitur, & pro præsente habetur.*

10 *Contractus si non potest fieri sine præsentia consanguineorum, an absentes & infirmi sint expectandi, & vocandi.*

CAPVT

CAPVT XXIIII.



VM infirmus largè possit appellari absens, vt dicit Alex.in l.1.post nu.59.ff.de off.eius, per tex. in l.2.§.
1 furiosus.ff.de iure codicil. & sub absentiæ † necessariȩ impedimento, morbi etiam impedimentum cópre-hendatur. Odd. de restit.in inte.q.11.art.6. num.16. optima cum ratione, Doctores nostri in d.l.1.inter infirmitatem,& absentiam æquiparationem induxerunt. in d.l.1. ff. de off. eius, vbi Alex.nu.56. & seq. ad plura infert. & circa hanc æquiparationem, vide semper Rimi.iun. cons.801. nu.8. cum pluribus seqq.vol.7. & inter cȩtera omnes in d.l.1.vbi Ias.nu.77.de cómuni testatur, caussas
2 * † meri,ac mixti Imperij posse delegari ab infirmó dicũt, sicut quá-
3 do debet proficisci. quam conclusionem † multis modis ampliat, atque restringit Benedictus Vadus Ciuis noster insignis, in eius aureo ad Felini lecturas Repert. & dicam in secunda parte, in verbo,
4 Delegatio; item tam † ex probatione infirmitatis, quam absentiæ colligitur ignorantia publicationis edicti, cæterorumq; de quibus vox publica est in Ciuitate.Bar.in l.is pót nu.17.ff.de acqui. hæred. congerit Bertaz.cons.cri.263. nu.9. & nu.11. ait morbum præstare iustam caussam restitutionis in integrum, de quo dicemus in 2.par.
5 in verbo, Restitutio, prȩterea absentia, † & morbus faciunt, vt viuẽte Notario, qui scripsit instrumentum, alius eo viuente possit reassumere. Bar.in l.quædam.§.nihil interest, nu.4. ff. de eden.intellige cũ
6 requisitis positis ab Afflict. decis.6.nu.3. Accedat ob malam † valetudinem,& absentiam arbitrum nó cogi sententiam dicere. l. licet. ff.de arbit.& pariter Caius in l.aut. ff.de procurat.valetudinẽ absentiæ æquauit, vt etiam Vlp.in l.si longius. ff.de iudi. ibi, Incidẽte infirmitate, vel necessaria profectione. ergo non quæuis absentia in-
7 firmitati comparatur, sed necessaria, & quando † talis dicatur docet Odd.in d.tract.q.7.art.13.nu.118.& q.10.art.6. nu.17. dicit, Infir-
8 mitatem † iustificare absentiam eius, qui alias non iustè abesset, per tex.& Bal.ibi in l.si cui.§.tam diù vers. planè. ff. ex qui.cau.maio. &
9 absentem † metu morbi iusta caussa abesse, & pro præsente haberi, diffusè probat Mascar.cócl.7.nu.11.vide Odd.in d.tract.q.7.art.11.
10 Scias etiá quod † sicut non sunt expectandi, nec vocandi absentes, cum statutum mandat contractum fieri cum eorum præsentia. ex

Bocat.in const. Ægi.25.lib.5.glo.3. nu.126. ita cum ipsi cõsanguinei sunt in loco præsentes, sed ægrotant, quia mẽtis & corporis exercitium requiritur pro capienda informatione, si contractus vtilis futurus sit. Idem Bocat. eo loci nu.133. Item scias infirmitatẽ magis
11 † excusare quam absentiam ex ratione à Bart. adducta in l.fi.nu.4. in fi.ff.de in integ.restit.

RVBRICA XXV.

De Infirmitatis, & paupertatis comparatione.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas infirmitati comparatur, & morti. num.9. & qualiter probetur nu.11.*

2 *Pauperes excusantur venire ad iudicem, & caussa ipsorũ dicitur pia nu.4. & vt infirmi excusantur nu.6. & 7. & in quo differant pauper, inops, & mẽdicus nu.10. remissiuè. & pauper sanus non est ita miserabilis, vt infirmus nu.12. eisque fauetur in ijs, quæ pecuniam requirunt. num.14. secus in ijs, quæ corpore implenda sunt nu.16. & caueant litigare cũ diuitibus nu.20. à quibus eis litis expensæ præstandæ sunt nu.21.*

3 *Episcopus tenetur pauperibus, & infirmis subuenire.*

5 *Medici, Aduocati, Procuratores, & Notarij gratis operam præstant pauperibus.*

8 *Iniuriarum an teneatur, qui paupertatem alicui obijcit.*

13 *Morbus à quibus regulariter excuset.*

15 *Mulcta pauperi à Iudice remitti potest.*


17 *Pœna corporalis quælibet est maior quacunque pecuniaria.*

18 *Caussa pauperis prius expedienda.*

19 *Iudex potest priusquam vult causam terminare.*

22 *Sanitatis mater indigentia.*

CAPVT XXV.



1 BSENTIA infirmitati comparatur, quod paullò ante deduxi, vt etiam paupertati, vt dicit Bal. in aut. hoc ita per illũ text. C. de duo. reis, ergò inter † morbum, & inopiam æquiparationi locus esse videtur, vt in specie scripsit Benincas. in tract. de paupertate, quæst. 7. speci. 10. in contractibus nu. 36. & probatur in c. quod de his extra de sent. excõmu. hinc dicitur Psal. 30. Infirmata est in paupertate virtus mea, vt nos docuit experiẽtia de anno 1591, quo fuit maxima hominum mortalitas, ex ingenti rerum omnium penuria caussata, ideo sępè videmus cum paupertate morbum coniunctum,
2 & ideo fortasse excusantur pauperes, vt infirmi, ne † ad præsentiam Iudicis se conferant, vt testificentur. c. si qui testium extra de test. itẽ
3 Episcopus † pariformiter tenetur pauperibus, & infirmis victum, ac vestitum subministrare. c. 1. dist. 82. & inter omnes egentes præcipuam curã infirmorũ habere debet, qui inopia premuntur. Benzo. in tract. de fuga lib. 2. q. 1. pag. 2. littera C, vnde causa infirmorum,
4 † & pauperum dicitur pia. Tiraq. de priuil. piæ cau. in præfat. Benin-
5 cas. vbi supra q. 5. per totam, & Medici † tenentur curarę gratis pauperes, infirmos, & Aduocati, & Procuratores, Notarijque gratis illis inseruire, vt plenè per Viu. decis. 159. lib. 2. & sicut infirmi excusan-
6 tur, vt per Alber. in l. quæsitũ. ff. de re iud. & † dicam fusè in 2. huius
7 tractatus parte, ita etiam † pauperes. Odd. de restit. in integ. par. 1. q. 10. art. 9. nu. 45. etiam quod propria culpa in paupertatẽ inciderint. Viuius decis. 268. nu. 8. lib. 2. quę culpa non est illis obijcienda, ideo
8 † iniuriarum agi potest cõtra eum, qui alicui dixit, tu es pauper. Bar. Ang. & alij in l. si verò. §. qui. ff. qui satisd. cog. qđ nõ procedit cũ hoc dictum fuit caussa sui iuris cõseruandi. Lud. in 1. decis. Lucen. nu. 38. & non solum paupertas infirmitati comparatur per antedicta, sed
9 etiam † morti, vt congerit Sebast. Med. in tract. mors omnia soluit par. 1. post nu. 102. vbi plura de paupertate scribit, & Eccles. 40. dicitur, Melius est mori, quam indigere. quod in mendicis verificari puto, eisque, qui omnibus bonis carent. ad dicta per Medi. vbi sup.
10 dum ponit differentiam † inter pauperem, inopem, mendicum, & miserabilem, & inferius inter modos per eum traditos ad probandã
11 paupertatem. 11. loco dicit † ex eo probari, quod quis steterit in hospitali

12 ſpitali infirmus. quando tamen pauper eſt ſanus,non eſt † ita miſe-
rabilis,vt infirmus, ideo dicitur Eccleſ.30. Pauper ſanus,melior eſt,
quam diues imbecillis,& corpus validum, quam cenſus immenſus,
& quod non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis, ideo ægroti
pauperiores ipſiſmet pauperibus videntur, maioreq; miſericordia
digni, & conſequenter fauorabiliores. ſcias tamẽ diuerſo modo ex-
13 cuſati, nam morbus † regulariter ab ijs muneribus vacationem tri-
buit,quæ corpore implenda ſunt, & non pecunia.l.2.§. corporis.ff.
de vacat.mune. & congerit Iaſ.in l.age nu.2. C.de tranſact. Pauper-
14 tas autem excuſat,cum pecunię ſunt perſoluendę,ideo pauper † ex-
cuſatur, ſi propter inopiam appellationem non fuerit proſecutus.
Innoc.in c.ex ratione extra de appellat. vi.Caſſad. de appell.deciſ.6.
15 per tot. mulctaq; † à Iudice pauperi remitti poteſt.Roman.in repet.
l.ſi vero.§.de viro nu.43.ff.ſolut.matr. ratio eſt, quia agitur de ſolu-
tione pecuniarum,quibus pauperes carent,& propterea eis fauetur,
16 † ſecus ſi ageretur de his,quæ corpore implenda forent, ad dicta per
Benincas. in d.tract. de paupertate q.4.nu.51. quare vulgatũ illud,
17 quod quęlibet pœna † corporalis eſt maior quacunque pecuniaria.
l.in ſeruorum in fi.ff.de pœnis, non procedit in vilibus, & pauperi-
bus perſonis,Caraui.ſuper 272.ritu,magnę Curiæ nu.17. Ex dicta
18 differentia colligi videtur; quod cauſſa † pauperis ſit prius expediẽ-
da,quam infirmi,quia lites pecuniam requirunt. licet enim regula-
19 riter iudex † poſſit,quam vult prius cauſam terminare.Roma.in d.
l.ſi vero.§.de viro nu.45.ff.ſolut.matr.fallit tamen fauore pauperta-
tis,ex gloſſa in c.in primis 2.q.1.& Viu.deciſ.222.lib.2.vbi de pau-
peribus multa alia ſcribit,quæ omitto,quibus circa lites conſulo,ne
20 † cum viro potente,& locuplete litigent,niſi ius optimum, & clarũ
21 habeant: ad dicta Eccleſ.c.8. eisq; litigantibus, † litis expenſæ à di-
uite ſubminiſtrandæ ſunt. l. ſi inſtituta.§.de inofficioſo. ff.de inoff.
teſtam. cum congeſtis ab Aſin. in praxi. iud.§.32. ampliat.30. pag.
22 mihi 423. Scias † etiam indigentiam,& paupertatem matrem eſſe
ſanitatis ob ciborũ parcitatẽ. vt Manut.dicit in Adagijs, car.2015.
quod intelligo, dummodo neceſſaria non deſint, itaque non reſi-
ſtent dicta in princ. huius cap.

RVBRICA

RVBRICA XXVI.

De impedimento in genere.

SVMMARIVM.

1 *Impedimenta quæ iusta dicantur, & excusent. nu. 2. & 3. & an iuramento probentur nu. 12.*


4 *Impeditus protestari tenetur. & quæ probare habeat, vt excusetur nu. 5. & 6. & 9. & quid si passus fuit plura impedimenta nu. 7.*

8 *Impedimentum dicitur, quod vitari non potuit. & quod dicatur necessarium nu. 13.*

10 *Infirmus quomodo possit morbi impedimentum tollere, & nu. seq. dicitur, posse per indirectum mittendo procuratorem.*

14 *Procurator indigẽs pecunia ad causæ tutelã iustũ dicitur pati impedimentũ.*

CAPVT XXVI.



VONIAM scripta ad fauorem Infirmorum ex rationis identitate extenduntur ad alios legitimè impeditos. vt dicit Franc. Caldas in suo tract. de restit. in integ. in verbo, Per quod pristinum ius, post nu. 56. nunc de impedimẽtis in genere aliqua dicamus,
1 & prius ea † iusta censeri, quæ per vim fluminis, maris tẽpestatẽ, viarum, seu belli discrimina obueniunt. per text. in auth. de ijs qui ingredi ad appel. §. alij verò. Item quòd quis in carcere vinculis fuerit obstrictus, seu circa rem rusticam, funusve familiare occupatus,
2 propter quas, † similesve caussas dari excusationem certum est, vt per Bonif. de Vitalinis in tract. de malef. in rub. de forma relat. nun-
3 cij nu. 29. & seqq. præterea dicitur iustum † impedimentum proueniens ex facto supremi Principis, & excusat, vt per multa iura pro-
4 bat Ludoui. in decis. Perus. 105. num. 10. & num. 13. ait † impeditum teneri protestari, & docere, quod si non fuisset impeditus, impleuisset, quod implere tenebatur, circa quod videatur semper doct.
* Bart. communiter recepta in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio.
5 vbi ait, non sufficere constare † de maris tempestate, ita quod naui-

gari

gari non potuerit eo tempore, nisi probetur, impeditum de domo recessisse, & debito tempore ad mare venisse, & propter tempestatē
6 nauigare non potuisse. & sic † impeditus omni diligētia vsum fuisse probare debet; vt amplè per Decian.resp.18.num.192.lib.2.Menoch.de arbitr. Iud. casu 118.in fi.& ex communi Honded.consil.
7 84.nu.28.lib.1.declara.vt per Mascar.de probat.concl.293. † & si plura passus fuit impedimenta,plures suæ diligentiæ pro illis tollendis probationes facere debet. Decia.& Ludo. vbi supra, vide Sebast. Med. de Fortu. cas.part.1.quæst.4.num.6.7.& seq.& per totam alia plura in materia impedimenti congerit, quæ ommitto. & propriè
8 † illud dicitur impedimentum,quod vitari non potuit.ex Paris.cōs. 67.nu.64.lib.3.Menoch.cons.100. nu. 117. vnde non dicitur impeditus,qui potuit impedimentum remouere.Caputaq. decis.72.in
9 2.parte,& qui † impedimēto iuuari vult,duo probare debet,videlicet impedimentū in caussa fuisse,ne præstiterit, quod præstare tenebatur,& huiusmodi fuisse,vt remoueri non potuerit Menoch.d.ca-
10 su.118.num.7.Med.vbi supra,& si quis dixerit † quomodo morbo impeditus impedimentum remouebit? Rimin. iun.cons.801.nu. 46.lib.7.dicit, operam Medici necessariam esse, & vitam sobriam. sed quia non est in Medico semper releuetur vt æger, ego existimo ab infirmo non esse id strictè exigendum,vt ab alijs impeditis:ideo
11 subdit Rim. vbi supra ægrotum posse † per indirectum impedimētum tollere, mittendo Procuratorem, quod quando locum habeat, inferius suo loco latius dicemus: & quæ de infirmitatis probatione colligemus cap. 37. seruient ad probationem impedimenti, quod
12 † quādo iuramento probetur ample docet Mascar. de Proba.concl. 885.vi.add.Saly.in l.1.in penul.addit.C.de dilat. Ias. in l.vlt.nu.48. ff.de ferijs Franc.in cap.ex ratione extra de appellat. Seraph.de priu.
13 Iuramenti priu.35.Mysing.obs.92.cont.3.scias etiam † non solum morbi impedimentum,vel simile dici probabile,& necessarium,vt supra cap.7.& seq.sed etiam illud, quod respicit vtilitatem publicā, & cōmune bonum loci,vel Prouinciæ c.fin. extra de dilat. cum notatis ibi per Inno.in prin.cōgerit Ber.cōs.18.nu.78.lib.3.& nu.122.
14 Item † iustum dicitur impedimentum Proc. pecunia carētis ad causæ tutelam suscipiendam.Rot.decis.206.nu.4.lib.2.in nouiss.par.3. & 14.species iusti impedimenti enumerantur à Rebuf. tract. de excusat.num.33.& sequentibus.

RVBRICA

RVBRICA XXVII.

De caussis Infirmitatis.

SVMMARIVM.

1 Ratio Diuinorum operum reddi non potest, & cur.
2 Morbi plerunq; ex peccatis proueniunt. & ex quibus caussis secundum Medicos nu. 7. 8. 9. & qua ratione illis succurratur nu. 10.
3 Infirmis semper compati debemus, & quare. qui humanè tractandi sunt. nu. 4. eisq; caussa pusilla nocet. nu. 5.
6 Dominus quando venire, & pulsare dicatur.
11 Caussa dicitur, cui ratio inest.

CAPVT XXVII.

INFIRMITAS, aliaq; corporis flagella à peccato primi nostri parentis manarunt, quod nisi fuisset, neque etiam tot mala fuissent, sed valido, firmo, atq; sano corpore à Paradiso Terrestri, tandem in Cęlesté Patria vocati, fuissemus, vt doctè ostendit Episc. Benz. in suo tract. de fuga q. 8. pag. 128. col. 2. vers. sunt alia. Cur autem contingat vnum potius, quam alium infirmari, videamus, &
1 licet † operum Dei non possit homo inuenire rationem. Eccles. 8. & de secretis Diuinis non sit reddenda ratio, nec reddi possit, quia inscrutabilia sunt, & incomprehensibilia. Hosti. in summa tit. de rescrip. Fely. c. si quando, nu. 9. extra cod. vbi Rip. ample. nihilominus
2 Viu. decis. 97. nu. 3. lib. 1. scriptum reliquit † morbum plerumq; ex peccato contingere, vt in c. cum infirmitas de pœnit. & remiss. item prouenit, vt iustus per pœnitentiam in meritum crescat 3. ad manifestandam gloriam Dei, vt in cęco nato. quarto ad custodiendam virtuté, iuxta illud Apostoli, Dum infirmor, fortior sum. quinto ad initiũ pęnæ, vt hæc omnia docet Sebast. Med. in tract. mors omnia soluit par. 1. nu. 138. & Caball. milleloquio 503. & dicit Nauar. de horis Cano. c. 22. nu. 47. circa fi. Deum solere morbos sæpe immit-

tere ob alias cauſas quam peccatorum, & interdum ne ob dona da-
ta quis ſuperbiat, & exemplificat in Paulo 2. ad Corint. c. 12. bonū
tamen eſt arbitrari morbos ob peccata noſtra contingere, eaq; cor-
3 rigere. Verum quia † Dei iudicium ignoratur, vtrum pro purgatio-
ne, virtutumq; cuſtodia, an pro vindicta morbi contingant, debe-
mus ſemper infirmis compati, & non addere afflictionem afflictis,
vt dicit text. in c. cum percuſſio. 7. q. 1. hinc D. Auguſt. de oper. mo-
4 nach. † qui veram oſtendit corporis infirmitatem humanè tractā-
dus eſt, immò nec ipſi ægrotātes debent eſſe ſoliciti nimis, cur mor-
5 bi eis contigerint, quia ex Ouid. ſententia, Infirmis † cauſſa puſilla
nocet, vnde cum Apoſtolo 12. ad Corin. Gloriabuntur in infirmi-
tatibus ſuis, memores verborum Greg. ſuper 12. Lucæ, ad illa verba,
Beatus ſeruus, quē cum venerit Dominus. venit, inquit, Dominus
6 † cum ad iudicandum properat, pulſat verò, cum per ægritudines
mortem denunciat, cui confeſtim aperimus, ſi eum amore ſuſcipi-
mus, & ad hoc multa dicam in Procemio 2. par. huius tract. ideo ad
cauſſas morborum redeundo, vltra adductas inuenio aliam attuliſſe
7 gloſſam in c. 1. diſt. 91. dum dixit, † morborū cauſſam eſſe, cum in-
æquale eſt corpus exuberātia, ſeu defectu humorum; quæ ratio Me-
dicorum eſſe videtur. & Lucas de Penna in l. nullus. C. de Decurio.
8 lib. 10. ſcripſit, † quòd nos in morborum vitia à naturali ſanitate
cōmutat, aut ſuperfluus calor, aut nimiū ſanguinis pondus ęſtuans,
aut vltra naturalem modum humor exundās, aut ſpiritus per totos
9 meatus nō ſolita laxitate diſcurrens. & ſubdit † morbos tunc facilè
prouenire, quando temporum turbata eſt temperies, vt hyemis ſic-
citas intēpeſtiua, veris calor repentinus, æſtatis incongruus humor,
10 vel Autumni diuitijs illecebra indigeſta. Scias autem hanc † vlti-
mam morbi cauſam humanam indigere medicina, cæteras diuina
miſericordia ſecundum Iſid. lib. 3. de ſummo bene cap. 3. vbi ait tri-
bus de cauſſis morbos accidere, ex peccato tentatione, intemperan-
tiaq;, & huic humana medicina ſuccurri, cæteris pietate diuina. &
circa cauſas morborum vide Petr. Greg. I. C. Tholoſ. in Syntax. ar-
11 tis mirab. lib. 28. cap. 23. & ſeqq. Sciasque † quòd illa dicitur cauſſa,
cui ratio ineſt. Bal. in c. monaſt. de vita, & honeſt. cleric.

RVBRICA

RVBRICA XXVIII.

Infirmis cur tot priuilegia concessa fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Sebastiani Medicis ratio cur infirmis succurratur.*
2 *Episcopus ægrotus non cogitur cedere, & quare, & qua de caussa detur sibi coadiutor.*
3 *Dispositio si habet plures rationes tenet, licet vna ex illis cesset.*
4 *Mulier menstruatà non est ab ingressu Ecclesiæ arcenda.*
5 *Infirmis succurri publicè interest.*

CAPVT XXVIII.

POST relatas morborum caussas, videamus, quare tot priuilegia ægrotantibus concessa fuerint. quia in re Sebast. Med. de fortu. cas. par. 1. q. vlt. nu. 18. factũ
1 fuisse putauit † ne afflictis addatur afflictio, vti contingeret, si infirmi onera cęteris communia sustinerent. quæ ratio anteq; excogitasset quidem ipse Medices, fuerat à Summo Pontifice adducta in c. ex parte extra de cler. ægro. vbi dici-
2 tur, † Episcopum non valentem propter morbum Pastorale officiũ exercere, ad cessionem cogendum nõ esse, nec afflictionem afflicto addendam, sed potius eius miseriæ miserãdum, & hac vltima ratione, mandat ibi Summus Pontifex illi dari coadiutorẽ, sicut propter primam, ne afflictio adderetur afflicto, dixerat ad cessionem non esse cogendũ. vnde duas rationes ex illo textu colligo pro infirmis,
3 & nõ sine caussa, quia † vbi dispositio habet plures rationes, si vna cessat, alteraq; remanet, non cessat dispositio. vulgato. §. affinitatis, vbi Ang. & cæteri Instit. de nupt. Ripa in l. si ventri. §. in bonis vbi dat tres limitationes. ff. de priui. credi. Bar. in extrauag. ad reprimendum in vers. ne ex eorum absentia nu. 14. & dictæ duæ rationes cõsideratur à glossa in c. ad audiẽtiam in vers. Infirmitas extra de cler. non resident. concordat. c. licet extra de censibus, ibi, inhumanum est nimis affligere eum, cui debet misereri; ex text. in c. ad eius. circa

4 medium dist. 5. dicit, mulierem † menstruatam ab ingressu Ecclesię minime arcendam esse, quia naturæ superfluitas non valet sibi in culpam imputari, & ex eo, quod inuita patitur, iustum non est, vt
5 Ecclesiæ ingressu priuetur. Item videtur, quod † publicè intersit, infirmis succurri, per tex. in c. 1. extra de cler. ægrot. vbi dicitur, quod si impediretur ægrotus, ne consueta perciperet, alij deterrerentur, & forte non posset, qui militaret Ecclesiæ, inueniri.

RVBRICA XXIX.

Infirmitas excusat, nec sub lege est.

SVMMARIVM.

1 *Iura generaliter loquentia, quibus ex caussis restringantur, & an ratione infirmitatis num. 2.*

3 *Statutum, vt nullus de magnatibus Palatium ingrediatur non comprehendit Medicos.*

4 *Infirmitas non est legibus subiecta. & regulariter excusat. num. 5. non solum infirmos, sed etiam suos, num. 6. sed difficile sui in praxi. excusarentur num. 7.*

8 *Infirmi absq; pietatis offensa à suis non sunt derelinquendi.*

9 *Scholaris priuilegium, ne pro represalijs capiatur, extenditur ad suos, qui ad eum iuerunt.*

10 *Patris infirmitas à quibus muneribus filium excuset.*

11 *Legati si duo mittantur, & vnus in itinere infirmetur, alter, qui secum stetit, excusatur.*

12 *Priuilegium alicui competens ad familiares extenditur. declara, vt num. sequent.*

14 *Publicè interest ægrotantium priuilegia ad familiares extendi.*

15 *Auctor in quo dissentit à Iasone.*

16 *Casus contingens in persona Procuratoris excusat. principalem.*

17 *Ministri infirmorum an vtantur priuilegijs contra ipsos infirmos.*

CAPVT

CAPVT XXIX.

QVÆ præcedenti capite scripsi, faciunt, vt hic aliqua ægrotantibus concessa subiungā per modū regulę, donec distinctius in 2. parte alia pleniore manu col-
1 ligam, dico igitur, quod sicut † ratione loci, temporis, caussæ, & personæ omnia iura generaliter loquētia restringuntur, vt amplè probat Sebast. Med. de reg. iur. reg. 1. nu.
2 97. ita † ratione infirmitatis, vt colligi potest ex l. arboribus. §. de illo. ff. de vsuf. l. si longius. l. iudex. ff. de re iudi. l. licet. ff. de recept. arbi. l. filiusfam. §. fi. ff. de procurat. l. non solum. §. vlt. cum l. seq. & l. philosophi. §. aduersa. ff. de excus. tut. l. 1. C. qui morbo. §. igitur propter Instit. de excusat. tut. cum similibus, hinc post Bal. per eum citatum
3 dixit Aymo cons. 3. nu. 20. statutum † quod nullus de magnatibus audeat Palatium ingredi, non habere locum in Medico Palatium
4 ingrediente caussa curandi infirmum, & † necessitatem morbi non esse legibus subiectam probauit Franc. Marci quæst. 645. nu 1. par. 1. & Innoc. in c. 1. nu. 2. extra de celebrat. missa. affirmauit, infirmis legem non esse impositam, vnde non mirū, si passim Doct. clamant,
5 † infirmitatem excusationem tribuere, vt notatur in l. quæsitum. ff. de re iudi. & congerit Med. de Fortuitis casibus par. 2. q. 6. Bolognet.
6 cons. 4. nu. 51. Amplia † hanc regulam, vt nedum infirmos complectatur, sed etiam suos; vt per Doct. omnes in l. 1. ff. de off. eius,
* vbi Iacobus de Nigris de commu. testatur nu. 70. & Oria. num. 18. idq; etiam in criminalibus locum sibi vendicat, teste Foller. in pract. crim. in verbo, audiantur excusatores num. 38. difficile tamen esset
7 † in praxi, propter infirmitatem suorum, talem excusationem obtinere; vt per Carau. sup. rit. mag. Curiæ. rit. 269. in fi. licet pietas contrarium suadeat; vt videtur sentire Baiar. in addit. ad Clar. §. fin. q. 34.
8 num. 22. in fi. ægroti † enim absq; pietatis offensa non sunt derelinquendi arg. l. plerumque. ff. de ædil. edi. præsertim cum extra Patriā ægrotant, & hoc casu facilius excusationem admitterem, per cap. communis 23. dist. & doctrinam Bart. in l. 2. §. legatis. ff. de iudi. vbi
9 dicit, quod si † Scholaris habet priuilegium, ne pro represalijs capiatur, habet etiam Pater, vel Frater, qui ad eum iuerunt, ideo cogita, si ita possit intelligi l. fi. C. qui morbo se excus. lib. 10. vbi dicitur, mor-
10 bum Patris † personalium munerum filio non præstare excusatio-

nem

nem, eorum scilicet, quæ sumptum non exigunt, vt per gloss. ibi, vt d. l. non procedat, quando filius aliò se contulit, vt Patrem curaret, tunc enim ab omnibus muneribus eum excusandum putarem. vi. Cępol. in l. qui tertiana. ff. de ędil. edi. & Bal. in l. si cui. §. tamdiu, vers.
11 planè. ff. ex qui. cau. maio. vbi dicit, quod si † duo missi fuerint in legationem, & in reditu vnus infirmatus fuit, alter, qui stetit secū, pro eo tempore, quo stetit, dicitur abfuisse causa Reipub. & sic excusatur vti socius infirmus, & consequenter priuilegia infirmorum ad socios extenduntur, cum eorum præsentia fuit necessaria, secundū Bal. eo loci, vbi idem dicit de Medico, per l. inter eos. ff. eo. & priuilegia infirmorum extendi ad Medicos, aliosq; ipsorum ministros necessarios, in cura permanentes, colliges ex eodem Bal. in l. administrantes. ff. de excusat. tut. & in l. 1. C. de vxo. mil. & Beninc. de paupertate quæst. 8. speci. 3. in contractibus nu. 26. vide tex. in l. vlt. ff. de
12 iure immu. & generale est, vt † priuilegium alicui competens, ad familiares extendatur. latè Dec. in l. in omnibus caussis nu. 8. ff. de reg. iur. vide Capy. decis. 12. Boer. 213. nu. 5. & seqq. Menoch. de arbit. cas. 336. nu. 10. Bertaz. cons. crim. 397. vbi nu. 4. extendit ad ministros, qui salarium non habent, etiam si ægrotarent, quia & tunc seruire intelliguntur. Carau. sup. 46. ritu magnæ Curiæ num. 21.
13 Intellige † cum priuilegium inutile redderetur, nisi ad familiares protraheretur. Gemin. in c. licet. §. cum conceditur in princ. de priu. in vi. Abbas in c. quā sit nu. 1. extra de iud. vi. Odd. de resti. in integ. par. 1. q. 6. art. 9. nu. 29. vt contingeret infirmis, quorum priuilegia, nisi ad ministros in eorum cura permanentes, extenderentur, parū, & sæpe nihil prodessent, quia absque cura necessaria, mortem cum
14 vita commutarent, publicè † ergò interest ægrotantium priuilegia ad istos extendi. arg. d. l. inter eos. donec, inquam, in cura permanēt, & diligenter munus suum obeunt. ad tradita per Saly. in l. 2. nu. 3.
15 C. de Epis. & cler. nec † mihi placet sentētia Ias. in l. striniarios nu. 2. C. de testa. mili. dum indistinctè dicit, priuilegium alicui cōcessum non extendi ad ministros, nisi sint perpetui, secus si temporales, vel ad beneplacitū, sed puto debere intelligi in casibus expresse ita de-
16 cisis, vt fuit in c. per exceptionem de priuil. in vi. scias † etiam casum contingentem in persona Procuratoris ita excusare principalem, sicut si in eius persona accideret, vt dicit Bal. per illum tex. in l. præses in 3. nota. C. de appella. intell. vt per Odd. de rest. in integ. quæst. 30. art. 13.

17 art. 13. nu. 65. sed an ministri † infirmorum vtî possint priuilegijs contra illos, videtur non posse ex Ceph. cons. 539. nu. 4. sed contra Port. instit. de excusa. tut. nu. 21. concorda vti posse ad damnum vitandũ, non ad lucrũ captandum, ex Menoch. cõs. 447. nu. 37. lib. 5.

RVBRICA XXX.

De excusatore infirmi.

SVMMARIVM.

1 *Excusator infirmi an, & quãdo teneatur offerre probare morbũ. & nu. 7. qui non debet habere mandatum nu. 5 & cur sine eo, ratiúq; cautione admittatur. nu. 14. & in criminalibus etiam admittitur nu. 8. sed missio illius non prodest leuiter ægrotanti. nu. 10.*

2 *Certus non est vlterius certiorandus.*

3 *Iudex quid agere debeat, quando allegatur morbus citati.*


4 *Morbus quomodo probetur ab excusatore.*

6 *Impeditus non tenetur mittere excusatorem, sed cautè agit mittendo nu. 9. anq; præsumatur potuiße mittere Procuratorem, sicut misit excusatorẽ nu. 11 & 13.*

12 *Mittere an quis teneatur ad alienam Ciuitatem pro Aduocatis, Procuratoribus, & Medicis.*

15 *Appellatio admittitur, quando Iudex reijcit excusatorem infirmi.*

CAPVT XXX.



T Iudicis potestas suspendatur, & processus sit ipso iure nullus contra infirmum fabricatus, nec morbi ignorantia allegari possit, solent ab infirmis excusatores mitti ad allegandum infirmitatem. iuxta tradita per Vant. de nullit. ex defect. iurisd. ord. nu. 161.
1 vbi etiam dicit, † super allegatis deberi probationem offerri, nisi infirmitas sit notoria, vt per eum ibi num. 166. certus enim non est
2 † vlterius certiorandus. l. 2. ff. de eden. C. denunciasse, in princ. ff. ad

l. Iul.

l.Iul.de adult.cum simil.quocunque igitur modo constet, Iudicem morbi notitiam habuisse, & nihilominus processisse, processus est
* ipso iure nullus.vt per Doct.in l.2.§.si quis in iudicio.vbi Ias.de cōi testatur.ff.si quis caut.Berret.cons.1.nu.10.Chart.de execut.senten:
3 capto bandito cap.fin.nu.267.vbi dicit, Iudicem debere † dare terminum ad probandum impedimentum, cui Bar.in l.quæsitū nu.5. ff.de re iud.consuluit, vt habita ab excusatore allegatione morbi, & oblatione de illum probando, pronunciet citatum cōtumacem sub conditione, si morbus non fuerit probatus, cuius probatione habi-
4 ta, siue † per testes, siue per fidem Medicorum in scriptis redactam, vt per Clar.in praxi.§.fi.q.34.vers. dixi etiam, tenetur expectare, donec infirmus conualescat. Vant.vbi sup. Affli.ad cōsti. Regni par.1. rūb.96.nu.24.nec debet reijcere excusatorem non habentem man-
5 datum, quia excusator † sine eo admittitur. Specul.tit.de ijs, qui alieno nomine in iud.inter, & quando impedimentum est necessariū, & iustum, quemlibet de populo ad excusandum admitti, etiam minores, & fęminas, similesq; a iure reprobatas personas amplè probat
* Berous, dicens in hoc omnes Doctores conuenire.cons.18.nu.122.
6 lib.3.& nu.141.probat, † impeditum non teneri mittere excusatorem cū mandato, & nu.seq. quod quilibet de populo sine mandato admittitur ad excusandum notoriè impeditum absque eo, quod of-
7 ferat se velle probare impedimentum: subditque iudicem † debere admittere pro notoriè non impedito, etiam quemlibet de populo, dummodo offerat se velle probare impedimentum, & probet, & ita
** magis communiter Doct.sentire testatur. & prædicta † & in crimi-
8 nalibus procedunt.vt per Clar.vbi sup.Milleum in pract.crim.pag. mihi 51. Suarez in Thessa.commu.opi.nu.115. Bero.d.cons.num. 126. Alia de excusatore peti poterunt ex tractatibus de excusatore Ant.de Canar.& Rebuff.ex citato cons.Bero.18. & ex Bonif.de Vi-
9 tali.de malefi.tit.de Procur.defens.& excusat.vbi nu.11.dat † consilium ęgroto, vt semper mittat excusatorē, cum mittere potest, quando scit cōtra se procedi, quod non præsumitur scire: secundum eū,
10 & subdit, quod missio † excusatoris non prodest leuiter ægrotanti.
11 an autem, qui misit excusatorem † præsumatur eodem modo potuisse mittere procuratorem? videtur negatiue cōcludendum, quia facilius inueniuntur excusatores, quam Procuratores, præsertim in
12 locis paruis, vt per Bar.in l.idem nu.3.ff.pro socio. vbi subdit, † quē

non

non teneri mittere ad Ciuitatem pro Aduocatis, Procuratoribus, & Medicis. Francus tamen in c.constitutus col. 1. in 4. notabili. extra de
13 appell. ait † præsumi eum, qui misit nuncium, potuisse mittere Procuratorem, & citat. Ioan. And. contrarium sentientem, cuius sententiæ ipse adhæreo, nisi essemus in Ciuitate, seù loco insig. ex Bart. vbi
14 supra, cur autem excusator † infirmi absq; mandato, ratiq; cautione admittatur. docet Benedic. de Plombi. in l. accusare. §. ad crimen nu.
15 13. ff. de pub. iud. & † si iudex nollet admittere, posset appellari, seu de nullitate processus dici, plenè Berous cons. citato 18. nu. 124. & 136. adde præmissis distinctionem Oddi de restit. in integ. q. 30. art. 1. vers. ego puto. vt necesse sit mittere excusatorem, vt iudicium contra impeditum sit ipso iure nullum, aliàs non. vi. Farin. q. cri. 11. nu. 59. & 60. Laurent. Tonninum caut. 166. nu. 9. ex caut. 245.

RVBRICA XXXI.

De Procuratore Infirmi.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfam. ad quæ possit Procuratorem constituere.*
2 *Infirmus non cogitur nisi velit in caussis grauibus Procuratorem mittere, & num. seq. ex communi.*
4 *Procurator an, & quando ab impedito mittendus sit. distingue, vt nu. 6. 7. & seq. & qui non tenetur mittere excusatorem, multo minus Procuratorem nu. 10. fallit in caussis requirentibus celeritatem nu. 11. & quando quis præsumatur commodè mittere potuisse nu. 13. remissiuè.*
5 *Pacianus fuit olim collega Patris Auctoris in Auditorio Ducis Sablonetæ.*
9 *Caussa quando dicatur grauis, & ardua remissiuè.*
12 *Restitutio in integrum an detur impedito, qui non missit Procuratorem, vbi mittere tenebatur. & quid si postquam dimisit, principalis infirmetur. num. 14.*

CAPVT XXXI.


VAMVIS ea, quæ nos facere debemus, possimus committere idoneo Procuratori. vt dicit Bal. in l. Præ-
1 ses in 3. nota. C. de appell. ideo † filiusfam. potest constituere Procuratorem ad omnia, quæ ipse sine Patre gerere potest. l. filiusfam. vbi Bart. ff. de Procur. non
2 ideo sequitur, vt cogamur, & in specie, vt infirmus † cogi non possit, nisi velit, in grauibus caussis Procuratorem constituere, probat. tex. not. quem ibi Abb. nu. 3. alibi non reperiri, affirmat, in c. querelam
3 lam extra de Proc. & quod impeditus † ex caussa necessaria, & proba bili simul non teneatur Procuratorem mittere. docet gloss. per illũ tex. in cap. si ægrotans. 5. quæst. 3. Innoc. & alij in d. cap. querelam Bart. & cæteri in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut. congerit. Od-
* dus de restit. in integ. q. 30. art. 2. vbi de communi testatur, & in tota illa quæst. per octodecim articulos amplè tractat materiam, quã-
4 do impeditus † teneatur mittere Procuratorem, & vltra eum vide semper Pinel. in aut. nisi tricennale num. 43. C. de bon. mater. Capy. decis. 123. Port. consil. 3. per totum Rim. iun. consil. 801. lib. 7. Bero.
5 latissimè cõs. 18. lib. 3. Pacia. olim † collegam eximij Patris mei Ant. Mariæ in Auditorio Ducis Sablonetæ, in suo de Probat. tract. lib. 2. cap. 46. nu. 28. & seqq. qui omnes cum diffusè materiam examinẽt, non sunt à me, qui breuitati studeo, referendi, sed non grauatè referam distinctionem doctiss. Papiensis, in sua practica in forma respon. rei, post nu. 13. ver. in termino, vbi quærens, si citatus necessa-
7 riò teneatur Procuratorem mittere, dicit, † aut loquimur ex parte actoris, quo ad interrumpendam præscriptionem, & tunc mittere tenetur l. 1. ff. de diuer. & tempor. præscript. l. quæsitum. ff. de re iudi. Aut ex parte rei, & tunc, vbi impedimentum est perpetuum, tenetur mittere l. fin. C. de Procur. secus si est temporale, quo casu, etiam si sit longum, non tenetur Bero. in citato consil. nu. 103. sed ad Papien-
7 sem redeundo, subdit, præterea debere mitti Procuratorem † cũ impedimentum est voluntarium, aut etiam necessarium, sed non probabile l. sed & si. §. 1. ff. ex qui. cau. maio. sed si impedimẽtum est necessarium, & probabile, subdistinguit, Aut lis erat cõtestata, aut nõ, vt primo casu teneatur, secundo nequaquã. Præterea ait Capy. d. de-
8 cis. 123. col. 3. vt non sit mittẽdus Procurator ad litẽ contestandã,

& ad ſententiam, quia ſunt actus nimis ponderoſi. verum contradicit Oddus, & citati per eum d.q.30.ar.17.ver.ſed iſta, & infra latè
9 explicat † quando cauſſa dicatur grauis, & ardua poſt omnes in d.c. querelá extra de Procur. ſcias etiam, quod in caſibus, in quibus im-
10 peditus non tenetur mittere excuſatorem, multo † minus Procuratorem, Bero.d.conſ.18.nu.52. & 58. vt cum Iudex morbi notitiam habuit, ad dicta in ſuperiori c.nu.1.& 2.& per Bero.ibi nu.57.& nu.
11 94.dicit, ſpeciale eſſe in † cauſſis requirẽtibus celeritatem, vt debeat conſtitui Procurator, quod declar.nu.119.& Oddus d.quæſt.30.art.
12 10.num.57.& arti.18.quærit, an † detur reſtit.in integrum, ſi non mittitur Procurator, vbi quis mittere tenetur, & dari concludit, & tunc præcipuè dabitur, cũ Procurator commodè haberi non potuit,
13 arg.l.ſed & ſi.ff.ex qui.cau.maio.§.1. ibi, cum potuit, & † quando potuiſſe præſumatur, colliges ex Bar.in l.idemque.ff.pro ſocio. Quid ſi ſequatur Infirmitas principalis poſt dimiſſum procur. C. & quia
14 † per eum defendi poteſt, ceſſare videtur reſtit.per tex.in l.ait prætor circa princ. ff. ex qui.cau.maio.vide gloſſ.in l.15.qui.ff.eo.tit.& omnino Benin.deciſ.26. per totam, quam ſecuta fuit Rota Maceratenſis in vna Anconit.2. Maij 1602. excuſando Infirmum.

RVBRICA XXXII.

An Infirmi proteſtari teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Infirmi proteſtatio non eſt neceſſaria, & cur nu.6. ſed bene vtilis. num.3. & vtilitas in quibus conſiſtat. nu.4. & 5.*

2 *Proteſtatio non requiritur de impedimentis prouenientibus ex perſona impediti, & tunc eſt neceſſaria, cum miſſio Procuratoris eſt neceſſaria nu.7. & poteſt fieri à Procuratore non habente ſpeciale mandatum, num.8. ſed an admittatur cum cautione rati. vide ibi.*

9 *Procurator ad proteſtandum debet facere fidem de mandato per inſtrumentum, & non per teſtes.*

11 *Coniunctæ perſonæ ſine mandato non poſſunt proteſtari.*

CAPVT XXXII.



VNC videamus, an infirmus protestari teneatur, & quia de protestatione impediti plenè agit insignis Præceptor meus, D.Oddus de restit. in integ. par. 1. q.28. per totam, breuibus me expediam, concluden-
1 do † protestationem infirmi non esse necessariam.
* Innoc.in c.fin.de appella.Fely.ex cõmu.in c.venerabilis.nu.7. extra de iud. Doct. in c. ex transmissa extra de præscript. & in l.2. §.quod diximus.ff.si quis caut.Mysing.obser. 59.cent.3. & ex magis cõmu.
** Oddus in loco citato, art.2.nu.7.& dicit Farina.quęst.cri.11.nu.60.
2 circa medium, conclusionẽ procedere † in omnibus impedimentis surgentibus ex persona impediti, vt infirmitatis, carcerationis, & si-
3 milium, in quibus vtile † esse protestari, non tamen necessarium; idem voluit in suo pulchro tract. de remedijs Illust. D.Innocentius Sorbolongus affinis, & conciuis meus, in remedio ad excusandum impeditum.nu.18.ne referam alios per Odd.pro hac opinione cita-
* tos d.q.28.art.1.vbi communem omnium sententiam esse dicit, vt sit semper vtilis protestatio ipsi impedito, quomodocunque, à quo-
4 cunque, & quocũq; casu fiat; & † infra, duas vtilitates istius protestationis adducit, prima est quia per eam facilior redditur probatio impedimenti. secunda quia colligitur ex ea voluntas impediti, quod si impeditus non fuisset, ea expleret, quæ explere tenebatur. Prodest
5 † etiam protestatio ad reddendum processum contra infirmum fabricatum ipso iure nullum, iuxta tradita in duobus præcedentibus capitulis, & per Vant.de nullit.ex defe. iurisdi.ord.nu.161. Farinac. vbi supra nu.60.vers.mouet me secundo; sanum igitur est in omni
6 casu protestari, sed non necessarium, vt dixi in infirmo, † cuius impedimentum non præterea remoueretur, si millies protestaretur. Oddus d.q.28.nu.54.quod voluit etiam Sorbolongus noster, in ci-
7 tato remedio nu.6.& nu.15. tunc necessariam esse † protestationem impediti affirmauit, cum missio Procuraroris est necessaria, de quo scripsimus cap. præced. & de hac protestatione vide etiam Arrium Pinel.in aut.nisi triennale, post nu.43.C.de bon.mater.Seraf.de priuil.iura.priuil.35.nu.12.& seq.& semper Odd.vbi supra, & Cabal.
8 milleloq.869. & † potest fieri à Procuratore non habente speciale mãdatum.Bart.in l.actione.§.renunciare per illum tex. ff.pro socio.

sed

ſed an quis admittatur cum cautione rati.docet Iaſ.in l. 5.§.qui Procuratorio.nu.3.ff.de nou.ope.nunc. & in l.1.poſt nu.9.verſ.3.limit.
9 C.de procur. ait, † Procuratorem ad proteſtandum debere facere fidem de mandato per inſtrumentum publicum,& non per teſtes.ſequitur Ludo.in ſuis commu.concl. in 3. fallent.31.concluſionis. & hanc materiam proteſtationis ab impedimento facien. intricatam eſſe dicit Laurẽt.Tonninus caut.13.in fi.vnde conſuluit,vt ſemper fiat proteſtatio,& repetit caut.112.nu.2. & Aym.conſ.401.num.8.
10 vol.3.tunc præſertim † putat proteſtationẽ neceſſariam,vbi agitur, vt impedimento ius quæratur,citat Gozad.cõſ.66.col.3. qui nu.15.
11 ait, patrem, aliasq; coniunctas perſonas † ſine mandato non poſſe proteſtari.

RVBRICA XXXIII.

Infirmi an poſsint per ſubſtitutum ſeruire.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtituere quis regulariter non poteſt, niſi conſuetudine, vel pacto permittatur.*

2 *Illuſt.perſonæ, & in dignitate, & neceſſitate poſiti ſubſtituunt. ampl.vt nu.3. & declara,vt nu.8. & 9.*

4 *Infirmi poſſunt ſeruire per ſubſtitutum, & reſtrictio Bart. quo ad eos, qui multum laborauerunt,declaratur nu.5.& 6.cum ſeq.*

10 *Iudices de Prouincia recedentes non poſſunt aliquem de Prouincia ſubſtituere.ſed de conſuetudine non ſeruatur. num.11. & ſi propter morbum ſubſtituunt,eis de morbo creditur.nu.12. ex communi.*

13 *Subſtituti debent à Iudice approbari. an autem eorum poteſtas duret poſt mortem ſubſtituentis.nu.17.*

14 *Infirmitas vera, non ſimulata operatur, vt ſubſtitui poſſit.*

15 *Mandatum ſpeciale ad ſubſtituendum requiritur.*

16 *Procurator quando poſsit ad iudicia, & negotia ſubſtituere.*

CAPVT

CAPVT XXXIII.

INDVSTRIA personę, quia in dubio electa fuisse præsumitur. l. inter artifices, vbi glos. & Doct. ff. de
1 solut. operatur, † vt quis regulariter non possit per substitutum seruire, nisi consuetudine, pactove permittatur. vt per Bart. in l. nemo. ff. de duobus reis.
2 possunt † etiam per substitutum seruire Illust. & priuilegiatæ personæ. l. nullus. C. de Decur. lib. 10. & in dignitate, seu in necessitate aliqua constituti. ex eiusdem Bart. sententia in l. continuus. §. si ab eo.
3 nu. 2. ff. de verb. oblig. quæ † locum sibi vendicat, etiam si necessitas illa ex delicto prouenerit, vt per Rom. & addent. sing. 75. incipiēte,
4 An promittens. ægroti † igitur multo magis poterunt per substitutum seruire: vt in terminis dixit Bal. in l. vlt. ff. de excusa. tut. & probatur in l. 1. in fi. C. de præpos. agent. in rebus seu de agent. in rebus
5 lib. 12. vbi Bar. nu. 3. restringit † tex. ad illos, qui aliàs multum laborauerunt. & secutus est Put. de Synd. in verbo, An substituens nu. 2. circa finem: mouentur ex verbis in eo tex. appositis ibi: Præceden-
6 tibus eorum laboribus. verùm † eis posset responderi, ideo in d. l. labores præcedentes considerari, quia loquitur de militibus, quibus præcipuè laborare conuenit. arg. l. 1. ff. de milit. testam. non est idem ergo de alijs dicendū. vnde ipsemet Bar. in d. §. si ab eo. l. continuus. ff. de verb. oblig. in citata. l. nullus, & in d. l. nemo. ff. de duobus reis. prædictam restrictionem prætermisit, & solum illam apposuit. in d.
7 l. 1. C. de præpos. ag. in rebus. itaque tacitè † voluisse videtur, quod procedat restrictio duntaxat in terminis illius tex. in alijsq; casibus substirutio ab infirmo fieri queat, laboribus etiam non præcedentibus. vide Carot. de Locato. tit. de sublocat. q. 18. num. 23. pag. 100.
8 Quæ conclusio ita. firmata † intelligenda est, cum eiusdem professionis homines, & æquè idonei substituuntur. Bart. in d. l. 1. & Cor-
9 set. in sing. suo incipiente, Substitutus. Tales † præterea substituendi sunt, qui à principio eligi potuissent, vt dicit Bal. in l. parabolam.
10 C. de Episc. & cler. vbi reprehendit † Iudices illos, qui cum de Prouincia recedunt, subrogant vnum de Prouincia, qui à principio eligi non potuissent l. 3. ff. de off. assess. vi. Dec. in resp. c. de cons nu. 34.
11 & seq. extra de iudi. hodie † verò ex generali consuetudine sic substituendi, Iudices excusarentur, præsertim si propter Infirmitatem

substituere

12 substituere cogerentur, quam sola † assertione probarent. ex com-
* muni, & recepta Doct. sententia, de qua testatur Dec. in c. si pro debilitate col. 4. in fi. extra de off. deleg. & Iac. de Nigris in l. 1. nu. 69. ff.
13 de off. eius, sciasq; † numquam admitti substitutos, nisi ab ipsis Iudicibus approbati fuerint. vt probat Ang. in §. vsusfructus, circa fin. Inst. de Vsuf. vbi alia dicit ad hoc caput pertinentia, & hoc præci-
14 puè, quod vera, † non simulata Infirmitas locum substituendi pręstat.
15 Sed † an ad substituendum speciale mandatum requiratur? & requiri, post Bero. cons. 23. nu. 14. vol. 3. probat Lud. in sua concl. 30. vers. decimosexto requiritur. Quando autem Procurator possit
16 † substituere, siue ad iudicia, siue ad negocia, bene docet Bar. in l. in vsucapione. §. accessio. ff. de diu. & temp. præscript. & Ias. in l. quod quis. C. de Procur. amplè Carot. de locat. edit. 3. quæst. 32. & 33. pag. 105. & seq. tit. de sublocat. Honded. cons. 55. num. 79. & 80. lib. 1.
17 Quid † si substituens moriatur, an substitutus amittat potestatem, & non amittere probat. l. quæsitum. ff. de tut. vide Boer. decis. 149. num. 15.

RVBRICA XXXIIII.

Infirmi an substituere cogantur.

SVMMARIVM.

1 *Obligat. tenet, licet obligatus facere non possit, si alij possibile sit.*
2 *Qui per se facere non potest, per substitutum vtrum facere debeat.*
3 *Verbum, Debet, necessitatem importat, vt verbum, Præcipimus num. 4. intel. vt nu. 8. verbum autem, Potest, non nu. 6.*
5 *Infirmi possunt per substitutum seruire, sed quare non cogantur nu. 7. limita, vt nu. 9. & cum cogi possunt discretè hoc fieri debet nu. 10.*
11 *Substitutio est necessaria stante statuto, vt quis per se, vel per alium seruire cogatur, & stante iuramento.*
12 *Iuramentum obligat præcisè.*
13 *Infirmi cautè agunt substitutum dimittendo æquè idoneum cum consensu superiorum.*

14 *Sub-*

CAPVT XXXIIII.

VENVLEIVS I. C. cum in l. continuus. §. si ab eo. ff. de verb. oblig. asseruit, iure factam obligationem,
1 si † ab eo stipulatus sim, qui efficere non possit, cum alij possibile sit; præbuit ansam Bart. eo loci scriben-
2 di, quod qui † per se facere non potest, per substitu-
3 tum facere debet. quod verbum, Debet, † necessitatem importat. l. Prætor, in princ. ff. de eden. l. 1. §. 1. ff. quod quisq; iur. & in nostris proprijs terminis videtur tex. in l. 1. in fi. C. de prop. agen. in reb. lib.
4 12. qui vtitur verbo, præcipimus, quod † pariter necessitatem importat. Clem. 1. & ibi Card. de reliq. vnde videtur dicendum, quod Infirmi substituere cogantur. Sed in contrariũ est doctrina Bart. in d. l. continuus. §. si ab eo, & Bal. in l. fi. ff. de excusat. tut. qui conclu-
5 dunt † Infirmos posse per substitutum seruire; quod verbum, potest,
6 non importat † necessitatem; ex doct. eiusdem Bar. in l. 3. in prin. C. de pignor. & si speciali fauore Infirmis concessum fuit, vt possint dare substitutum; vt dixi cap. præcedenti, si cogerentur, fauor retorqueretur in odium contra. l. quod fauore. C. de legib. nõ sunt igitur
7 cogendi substitutum dare, † quia seruire dicuntur ægroti, qui propter aduersam valetudinem impediuntur. vt dicit expresè tex. in l. cũ hæres circa fi. ff. de stat. lib. nec posse dici per eos stare scripsit Vlp. in l. libertus in princ. ff. de oper. libert. concordat. l. si pecuniam de condict. cau. data. vnde Infirmos non cogi ad dimittendum Procuratorem probaui sup. cap. 31. Nec obstant considerationes supe-
8 rius allatæ, super verbo debet, & super verbo, Præcipimus, quia † respondetur, quod cum verba prædicta apposita sunt in dispositione aliqua, & respiciunt fauorem eius, ad quem referuntur, non importãt necessitatem, vt notãter dixit Bar. in d. l. 3. nu. 3. C. de pignor. per l. obseruare. §. vlt. ff. de off. Procõs. & l. qui interrogatur. ff. de interrog. act. Quæ conclusio, quod Infirmi non teneantur substituere, fortasse

9 taſſe † non procedet,cum diù morbus duraturus eſt, vel cum facile
potuit dari ſubſtitutus.ad noct.per Doct.& præſertim per Iacobum
de Nigris in d.l.1.nu.69.circa fi.ff. de off. eius. confert tex. notabilis
in l.idem.ff.pro ſocio, & dicta ab Alex.in l.ſi ſe non obtulit.nu.9.ff.
de re iudi.dicit tamen Carot.de Locato tit.de ſublocat.quæſt.19.nu.
10 6.Infirmum non debere † affligi, cũ morbus eſt grauis, & longus,
vt ſubſtituat,ſed cũ diſcretione,& iudicio procedendum; & Rebuf.
in l.morbus,col. 2. ff. de verb.ſignif. ſubſtitutionem neceſſario fieri
11 debere ſcripſit, † ſtante ſtatuto, vt quis per ſe, vel per alium ſeruire
teneatur.idem dici poſſet ſtante iuramento.ad tradita per Carot.vbi
12 ſupra quæſt.18.nu.11. † Iuramentum enim obligat præcisè. l.ſi pe-
cuniam,in princ.in verbo, neceſſe habeas,iuncta gloſſ.ff.de condit.
cauſa data.iſtis igitur caſibus æger ſubſtitutum dimittat,& in omni
13 caſu † cautè agit dimittendo.Put.de Syndic.in verbo,Rex cõceſſit,
nu.3.quem ſecutus fuit Carauita ſuper rit.magnæ Curiæ ritu.7.nu.
3. & ſi gerit officium publicum, æquè idoneum ſubſtituat,cũ con-
ſenſu ſuperiorum. abſonum enim videtur, Medicum practicum, &
expertum,& Ciuitati gratum, ſubſtituere nouitium, & parum gra-
14 tum;vt dicit Carot.vbi ſupra quæſt.18.poſt nu.20.ſubditq; † facul-
tatem ſubſtituendi boni viri arbitrio regulari debere, & in d.quæſt.
& pluribus ſeqq. multa de ſubſtitutione dicit, quæ non refero. ſed
15 an quando debet dimitti ſubſtitutus, & non fuit dimiſſus † detur
in integrum reſtitutio.docet Odd.de reſtit.in integ. quæſt.7.art.11.
16 nu. 110. item quæro, an ſubſtitutus † infirmi, vel abſentis habeat
iuriſdict.ordinariã,colliges ex Simoncel.de Decre.lib.1.tit.1.nu.78.
17 Vtrumq; † Subſtitutus ab eo,qui non poterat ſubſtituere Salarium
conſequatur. vi.Bar. in l. Titio. ff. ad muni. & ſemper Gab. Eugu.
conſil. 9.vol.1.

RVBRICA XXXV.

Infirmus per ſubſtitutũ vtrum conſequatur priuilegia.

SVMMARIVM.

1 *Qui per alium facit per ſe ipſum facere dicitur.*

2. *Officium ſi infirmus explere nequiuit potitur priuilegijs, ac ſi expleuiſſet, & eo magis,cum ſubſtitutum dimiſit.nu.3.*

4 *Doctori infirmo debetur salarium.*
5 *Intellectus.l.vlt.ff.de excusat.tut. & nu.seq.*
7 *Substitutus seruit periculo substituentis, & sic non procuratoris, sed Domini.nu.8. quid in criminalibus.nu.9.remißiuè. & quando agi possit cõtra ipsum substitutum.nu 10. & gaudeat priuilegijs substituentis.nu.11. remissiuè.*

CAPVT XXXV.

SEQVITVR videre, nunquid Infirmus implens per substitutum munus sibi iniunctum, consequatur priuilegia, ac si ipse explicasset, & pro negatiua videtur tex.in l.vlt.ff.de excusat.tut. quem singularem dixit Rom.singul.65.an exercens. Sed pro affirmatiua facit regula illa, de qua in l.Arethusa, vbi glossa.ff.de statu.
1 homi.qui † per alium facit, per seipsum facere dicitur.& in terminis videtur doct.Bar.in l.4.nu.1.C.de prin.agent.in rebus.lib.12.quod
2 † qui morbo impeditus officium finire nequiuit, potitur priuilegijs officij, ac si illud compleuisset.confert Rom.sing.66.incip.an stan-
3 te: ergo multò magis † is potiri debet, qui per substitutum compleuit.vt in puncto dixit Alex.& citati per eũ in l.diem functo.nu.23. ff.de off.assess.Afflict.lib.2.cõstit.Regni.rub.19.nu.7.& probat mihi tex.in l.neminem, circa medium, ibi: dignitatum titulis per substitutos potiantur.C.de Decur.lib.10.& dicit Caroc.de locato tit.de
4 sublocatione, q.18.nu.26.quod si Doctori infirmo † currit salariũ, si alium non substituat, multo magis si idoneum substituat: & ante eum idem de Doctore dixit Bal.à Caroc. non citatus in d.l.fin. ff.de
5 excusat.tut. † quam.l.intelligit habere locum, cum voluntariè quis seruit per substitutum, ergo secus cũ necessitate morbi quis cogitur, idest ne possit seruire, non vt cogatur substitutum dare.vt post glossam dicit Bar.in l.1.§.Diuus nu.18.in fi.ff.de varijs, & extraordi. co-
6 gnit.& nos supra cap.proximo. Item † potest responderi d.l.fin. in contrarium citatam loqui in officio vili pistorum, qui nõ excusantur, nisi per se ipsos pistrinum exerceant, vt non excusarentur caupones, lanij, sutores, & similes, etiã per substitutum seruientes. Alex. in loco citato, quẽ sequitur Caroc.vbi sup.q.21.nu.4.& 5.pag.101. & nu.6.dicit, stante legitima necessitate, seruientem per substitutũ

priuilegijs

7 priuilegijs gaudere, ſed ſubſtitutus † ſeruit periculo ſubſtituentis.vt per multa iura probat gloſſa,& per tex. ibi in l.1.C.de prępoſ.agen. in rebus.& eſt tex.in l.ad ſimilitudinem.C.de Epiſ.& cler.Bart. in l.
8 neminem.C.de Decur.lib.10.an † autem Procurator cum poteſtate ſubſtituendi de facto ſubſtituti teneatur?& Vinc.de Franchis deciſ. 212.poſt Saly.in l.quod quis.q.5.C.de Procur. negatiuè concludit, quia cenſetur à Domino conſtitutus.per gloſſ.antepenult.in c.1.de
9 Procur. in vi. ergò non ipſe,ſed Dominus tenetur. ſed † quid in criminalibus? vide Farin.in ſuis commu.opi.cri. q.24. nu.53.& ſeqq. & q.31.nu.58.& ſeqq. & quando ſubſtitutus erat habitus, & reputatus pro perſona integra,& fideli, ſubſtituens non tenetur de eius culpa,& delicto,vt fuit reſolutum in Rota corã Seraphino, teſte eo-
10 dem Farin.d.q.24.nu.62.& ſeqq.contra † ipſum autem ſubſtitutũ quãdo agi poſſit,dixi in meo tract.de Ludo Scacch.q.12.princ. nu.
11 101.qui an gaudeat † priuilegijs ſubſtituẽtis, colliges ex l.2. iuncta gloſſa.C.de off.eius,qui vicem alt.gerit.Bar.in l.ſolent.ff.de off. proconſ.in l.1.ff.de off.eius.Aret.§.vſusfructus in fi.Inſtit.de vſufr.& de execpt.in rub.Menoch.de arbit.q.54.nu.29.& Caroc. de locato tit. de ſublocat.q.20.quem ſemper videas.

RVBRICA XXXVI.

De Infirmitate, in quam quis ſua culpa incidit.

SVMMARIVM.

1 *Infirmitas eſt in multis cibis.*
2 *Qui ſe in neceßitatem coniecit, ſibi imputet.*
3 *Impedimentum procuratum, & affectatum non excuſat.*
4 *Officialis infirmus abſque ſui culpa ſalarium conſequitur.*
5 *Pauperibus ſua culpa factis in Regno ſubuenitur: & de iure non conſideratur in eis culpa, niſi cum tractant de lucro. nu.16. & 17.*
6 *Carcerati ex delicto an excuſari mereantur.*
7 *Captiuis conceſſa competunt etiam captiuis ex maleficio.*
8 *Filij priuantur ſucceſſione Patris, ſi eum non redimerunt captiuum, etiam ex maleficio.*
9 *Pia dicitur cauſſa carceratorum, ſiue pro delicto, ſiue non.*

10 *Ægrotis non imputantur ad pœnam, morbi perturbatione commissa.*
11 *Pater tenetur alere filios infirmos, & pauperes etiam propria culpa.*
12 *Culpa vt noceat impedito, debet esse ordinata ad casum. & talis non videtur posse dari in paupere, & infirmo. nu. 13.*
14 *Simulantes morbum non excusantur, immo puniuntur.*
15 *Milites metu hostium languorem simulantes, qualiter puniantur.*
18 *Barbitonsor phlebotomans an comprehendatur statuto puniente extrahentem sanguinem in Palatio.*

CAPVT XXXVI.

SED aliquis fortasse sciscitabitur, vtrum infirmi excusari mereantur, si propria eorum culpa in morbos lapsi fuerunt, vt si cum sani essent, ob immoderatã
1 crapulam morbosi facti sunt: in multis † enim cibis est infirmitas, Eccles. 27. & prima facie excusatione indigni videntur. arg. reg. damnum cum ibi nota. per Dyn. de reg. iur. in 6. & plura ad hoc exempla congerit Decia. resp. 121. nu. 20.
2 & seq. lib. 3. sibi enim debet imputare, † qui se in necessitatem coniecit. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cogan. & impedimen-
3 tum † procuratum, vel affectatum non prodesse, vbi aliàs excusaret, benè ostendit Rolan. cons. 47. nu. 36. & seq. lib. 2. & ego de affectatione plura congessi in tract. Ludi Scacch. q. 7. princ. nu. 26. & in repert. in vers. affectata, & D. Oddus de rest. in integ. q. 27. art. 1. & seq. ideo bene scripsit post Florianum in l. arborib. §. de illo. ff. de vsufru.
4 Pute. de Syndic. in vers. Rex concessit. nu. 3. † salarium deberi officiali infirmo, qui propria culpa in morbum non incidit, ergo secus, cum aliqua eius potest considerari culpa. Verum pro cõtraria opinione, confert id, quod dicit Viu. decis. 268. in fi. lib. 2. quod in sacro
5 † cõsilio Neapolitano, & in Regia camera, magnaq; Curia Vicariæ, & Appuliæ subuenitur lapsis in paupertatem propria culpa. Item conferunt scripta per Port. ad fauorem carcerati ex proprio delicto. cons. 3. nu. 13. & 48. & Cagnol. post Dec. in l. 1. nu. 254. ff. si cert. pet.
6 vt concessa † carceratis competant etiam carceratis ob delictum, vi. semper Rot. Marchiæ per Amatum decisio. 62. & iura loquentia de
7 redimendis captiuis apud hostes, procedunt † etiam in captiuis car-
* ceratis ex maleficio. vt ex cõmuni probat Rota decis. 63. nu. 4. par. 2.

in no-

in nouiſſimis, inferens nu. 8. ad priuationem filij ſucceſſionis Pater-
8 næ, ſi † non redemit Patrem carceratum pro maleficio. quia carce-
9 ratorum † cauſſa ſemper eſt pia, ſiue pro maleficio, ſiue non. vt per
Doct. in l. quamuis. ff. ſolut. matr. & vbi eſt neceſſitas iuris vincula
diſſoluuntur. c. conſilium extra de obſer. ieiu. c. Odoardus de ſolut.
cum congeſtis à Campeg. de Dote par. 3. q. 12. & ne vltra vagemur,
in puncto pro infirmis, eſt tex. in can. illud. ver. ſimiliter. 15. q. 1. vbi
10 dicitur, non † imputari ad pœnam ægrotis ea, quæ perturbatione
morbi fiunt, & eos excuſari etiã ſi culpa morbus proceſſerit, amplè
11 docet Bec. conſ. 104. nu. 6. & Surd. de alimen. tit. 4. q. 5. nu. 17. † pro-
bat, filios à Parentibus alendos eſſe, etiam ſi propria culpa infirmi,
& pauperes euaſerint; vt enim in ægroto, & alijs impeditis culpa
12 † conſiderari poſſit, debet eſſe ordinata ad caſum, & tunc nõ excu-
* ſat. vt cõgerit idem Surd. deciſ. 262. col. fi. & ex communi Suarez in
Theſſ. recep. ſenten. verſ. impedimentum. nu. 10. vi. Oddum de reſt.
13 in integr. art. vlt. per totum. Sed † vix reperiri poteſt, vt quis velit
fieri infirmus, & pauper, vt conſequatur infirmorum, & pauperum
priuilegia, ideo culpa nõ poteſt dici ad caſum ordinata, ſi enim hoc
14 daretur, fortaſſe ſecus dicendum, vnde † morbũ ſimulantibus nul-
lo modo ſubuenitur. vt per Amanu. de claris aquis ſing. 148. immo
pœna infligitur. Ripa de peſte tit. de remedijs pręſeruatiuis. nu. 174.
15 Lap. & add. alleg. 18. militesq; † pœnam capitis luunt, ſi hoſtium
metu, languorem ſimulauerunt. l. omne delictum. §. exploratores.
ff. de re milita. ex quibus obiecta pro contraria opinione tolli exiſti-
16 mo, quæ † poſſent locum habere, cum is qui ſua culpa in morbum
incidiſſet, tractaret de lucro. ex doctr. Barbat. in c. quæ in eccleſiarũ.
17 col. 5. circa medium extra de conſtit. vbi dixit, non † referre, an quis
ſua culpa in paupertatem inciderit, niſi quãdo ad inopiam vergere
ſibi prodeſt, & alteri nocet. faciunt congeſta ab Euerardo in loco à
18 ratione legis nu. 6. & ſeq. vbi in fi. cõmunem eſſe dicit, quòd † Bar-
bitonſor priuetur lucro, ſi contra prohibitionem phlebotomauit
in Palatio, licet ipſe à communi recedat, cui adhæreo, vt ægris
faueam.

RVBRICA XXXVII.

De Infirmitatis probatione.

SVMMARIVM.

1 *Infirmitas probatur per Medicorum testificationem. nempe duorum nu. 2. vnus autem sufficit, vt constet de corpore delicti num. 3. nec requiritur quod sint Doctores nu. 4. & debent deponere iurati, & etiam possunt fidem facere per scripturam num. 6. intell. vt nu. seq. item probatur Infirmitas per testes nu. 11. & per excusatores ægroti nu. 12. & per coniunctos nu. 14. intell. vt nu. seq. Item morbus probatur per iuramentum infirmi nu. 20 intellige, vt nu. seq. & nu. 24. amplius probatur morbus per publicam vocem, & famam, nu. 26. nempe cum aliter probari non potest, nu. 27. item per aspectũ infirmi. nu. 28. quid in morbo animi. nu. 29. & an verba Notarij morbum probent, & sanitatẽ. nu. 34. & 37. & tota hæc probatio est arbitraria. nu. 38. & cæteris præstat, quæ à Medicis sumitur. nu. 39.*

5 *Medicus expertus præfertur habenti theoricam.*

8 *Excusatores infirmi nõ tenentur facere fidem de morbo, cũ æger est in loco.*

9 *Iudex ex off. tenetur se informare de morbo ægroti. & quid faciet, cum de eo sibi liquet. nu. 10. remissiuè. & an iuramẽto probet morbũ suum. nu. 23.*

13 *Testes probant quem infirmum, dicentes, scio quia vidi, & magis creditur deponenti de sanitate, quam de infirmitate. num. 16. vt deponentibus pro sana mente. nu. 17. quid si aliqui dicant equum esse morbosum, & aliqui negent. nu. 18. vel Titium tali die sanum, & tali infirmum nu. 19. anq; imperiti morbum probent. nu. 31. & 33.*

22 *Periurus amittit facultatem probandi per iuramentum.*

25 *Iuramentum à Iudice est deferendum.*

32 *Aqua intercus cur à latinis vocetur hydropisia.*

40 *Mors qualiter probetur remissiuè; nec sufficit probare aliquem graui morbo laborasse, nisi alia concurrant. nu. 41.*

42 *Mulier credens maritum esse mortuum, quando poßit se alij copulare.*

43 *Suffocatus in domo repertus potius præsumitur vi morbi, quam facto hominis.*

CAPVT

CAPVT XXXVII.



VM de Infirmitatis probatione multa doctè,& copiosè post antiquos scripserint insignes Moderni Mascardus,& Sfor. Oddus in suis tractatibus de Probationibus, & de Restit.in integrum,superuacaneũ fortasse erit aliqua in eodem argumento scribere; vt tamen sub vno aspectu lector totam infirmitatis materiam habere queat, rerum capita per conclusiones breuiter perstringam.

1 Prima igitur conclusio erit,Infirmitatem † probari per Medicorum testificationem.Bar.in l.quæsitum post nu.6.ff.de re iudi. in l. contumacia.§.pœnã.ff.eo.con.concor.citatis à Mascar.concl.897.incip. Infirmum nu.12.citatur à Doct. pro hac sent.tex.in l.semel.C.de re milit.lib.12.per quem dicit ibi Lucas de Penna, vnius Medici rela-
2 * tionem non sufficere, duo † enim esse debent. vt ex communi probat Clarus in pract.crim.§.homicidium,vers. autem; quamuis subdat de consuetudine aliter obseruari. quam intelligit habere locum
3 † Eugen. cons.64.nu.25.lib. 1. vt constet de corpore delicti, & in caussa procedi possit per Iudicẽ.alias declarationes ad conclus.ponit
4 Clarus eo loci, quæ non sunt transcribendę: & dum dicit † Medicos non debere de necessitate esse Doctores, eum intelligo, dũmodo habeant bonam practicam,& experientiam, nam vt probaui in
5 tract. meo de Ludo Scacch.q.4.princ.nu.41.Medicus † practicus,& expertus præfertur habenti theoricam,& scientiam, si non sit penitus idiota.vide.Carau.ritu.267. magnæ Curię nu.8.Franc.Caldas de restit.in integ.vers.minoribus nu.18. Item cum dicit Clarus, eos
6 debere deponere cum iuramẽto, scias fidem † etiam facere posse per scripturam.iuxta tradita per Fely. in c.de testib. nu.11. extra de test. vsusq; Iudiciorum, æquitate suadente,tales autenticas scripturas re-
7 cipit,cum † ægroti non sunt in loco iudicij, vt dicit Lucas in d.l.semel.nu.8.Clarusq; in d. pract. cri. §. vlt.q.34.vers.dixi etiam scribit, fidem de morbo fieri per testes, siue per attestationem Medicorum
8 in scriptis redactam. quam neq; etiam excusatores † Infirmi tenentur præsentare, cum ægrotus est in loco, vbi est tribunal,sed sufficit, quod dicant excusatores, accedat Iudex, seu mittat actuarium cum Medico ad domum, ipseq; tenetur.vt hanc practicam docet Foller. in prac.crim.in ver.audiantur excusatores nu.31.& Fabius Montel.

in sua

in ſua pract.crim.pag.mihi 29.num.4.vbi ſubdit ampliando,quod
9 Iudex † & ſuperior tenetur ex off.mittere. citat.Io.And.& alios in c.
tenor extra de re iud. & ipſe præterea debet eſſe diligens in inquirē-
10 do.vt probatur in d.l.ſemel, vbi vide Bart. quid autem † facere de-
beat, quando Iudici allegatur infirmitas, & in promptu docetur de
ea,ponit Foller.vbi ſupra nu.32.& doct. Bart.in d.l.ſemel Laur.Tō-
nin.caut.188.in fi.extendit ad relat.omnium peritorum.vt ſuper ea
Iudex teneatur inquirere. Secunda concluſio eſt, Infirmitatem
11 † probari per teſtes, etiam domeſticos.vt congerit Maſcar.in d.cōcl.
897.nu.15.& in concl.1072. incip.morboſum nu.6.addo Diaz.ad
reg.746.limitat.23. vnde admittentur etiam ij, qui ad curam Infir-
12 morum ſteterunt.arg.l.quoties.C.de naufr.lib.11. Immò † excuſa-
tores miſſi ab infirmo ad Iudicem ad allegādum morbum, poſſunt
de eo teſtificari, & probant.vt notatur in c.querelā extra de Procur.
vbi Alex.de Næuo id proſequitur,& ſequitur Gomeſ. ad reg.cancel.
13 de infir.reſig. quæſt.9. col.12.& prædicti † probant, ſi dicunt, ſcio
eſſe infirmum,vel ſanum, quia vidi. vt poſt Bar.in l.1.num.5.C.de
mendi.val.lib.12.dixit Maſcar. d. concl.897.num.14.admittentur
14 † etiam valde coniuncti per l.octaui.ff.vnde cognati,ad quam mul-
15 ta ſcripſit Cagnol.in l.1.num.112.ff.ſi cer.pet.& † prædicti omnes
admittentur in ſubſidiū,vt per addent.Capellæ Tholoſ.q.447.in fi.
16 ſcias autem † magis credi teſtibus deponentib.aliquem eſſe ſanum,
quam dicentibus eſſe infirmum. vt poſt Pariſ. conſ.88.nu.12.lib.2.
17 dixit Port.conſ.94.nu.16.ſicut † magis creditur deponentibus ali-
quem eſſe ſanæ mentis,quam de inſania teſtificantibus; vt congerit
Gabr.Ro.de teſt.concl.4.nu.19.per rationes adductas à Boc.dec.23.
nu.93.quem vide, & Rim. iun. conſ.809. nu.53.lib.7.vnde dubiū
videtur reddi,dictum Bal.in aut.omnes peregrini.C.commu.de ſuc-
18 ceſ.relatum à Borg. deciſ.7.nu.18.part.2.vt † teſtes dicentes equum
eſſe morboſum præferantur contrarium affirmantibus, circa quod
vi.Alex.conſ.148.lib.2.& Maſcar.de probat.concl.249. Si autem
19 aliqui teſtes deponerent, † Sempronium tali die ſanum fuiſſe, &
alij infirmum, reducendi ita ſunt ad concordiam,vt de mane fuerit
ſanus,& eadem die in morbum inciderit.Crot.de teſt.par.2.nu.234.
Farin.in ſua quæſt. crim.65.nu.271. Tertia concluſio erit, mor-
20 bum † probari per Iuramentum infirmi, vt dixerunt citati à Decia.
reſp.14.num.31.lib.3.& à Maſcar. in adductis concl.897.& 1072.

contra

* contra quos licet asseruit esse communem Doct. sententiam Oddus de restit. in integ. par. 1. quæst. 11. art. 8. nu. 41. tamen, si rectè intelli-
21 gatur, sustineri poterit conclusio. Primò igitur intellige † eam procedere in subsidium, cum per testes morbus probari non potest. Mascar. d. concl. 1072. nu. 3. vt si in partibus longinquis reperirentur. Io. And. & Franc. in c. 3. extra de appell. tūc enim inspecta qualitate caussæ, & personæ, iuramento standum erit. Mascar. ibi. num. 4. cui addo addentes Gui. Papæ quæst. 64. addit. vlt. & Vadum nostrū in suo repert. ad Fely. in verbo, delegatus, qui dicit se impeditum, vbi
22 subdit, quod alias periurus † amittit hanc facultatem probandi per iuramentum. viri namq; honesti, & bonæ vitæ tali facultate digni sunt. Becius cons. 104. nu. 10. eisq; iudex suo arbitrio fidem præstabit, consideratis ijs, quæ referuntur à Mysing. sing. obseruar. cent. 4. obser. 57. & prius à Specul. de appell. §. 7. nunc. num. 6. non est igitur
23 mirum, si creditur † Iudici, qui vir bonus dicitur, iuranti, se propter Infirmitatem caussam delegare. Ferrat. caut. 21. Fely. in cap. si pro debilitate. nu. 5. extra de off. deleg. & moderni latè in l. 1. ff. de off. eius,
* vbi Niger. nu. 69. de cōmuni testatur. Menoch. de recup. remed. 15.
24 nu. 351. vbi declarat. Item intellige † cum vltra iuramentum aliæ præsumptiones, & indicia cōcurrerent. Mascar. ibidem nu. 5. & Beninc. de Paupert. quæst. 7. speciali 3. in iudicijs nu. 28. & scias, quod
25 cum defertur † iuramentum, debet deferri à Iudice. latè Caccialup. de Debi. susp. quæst. 6. prin. nu. 21. Cur. iun. cons. 312. num. 20. lib. 3.
26 Quarta conclusio erit, quod Infirmitas † per vocem publicam, & famā probari potest. ex Bar. & Alex. ad eum in l. 2. C. de nufr. lib. 11. Simone de Præt. de inter. vlt. volunt. lib. 5. dubitat. vlt. num. 162. &
27 seq. Mascar. concl. 1075. Intellige † cum aliter morbus probari non potest, vel difficillimè. ex Franc. in cap. ex ratione extra de appell. & dictis per Mascar. d. concl. 1075. numer. 3. Quinta conclusio sit,
28 † morbum probari per aspectum corporis ægroti. Bart. in l. 1. nu. 5. C. de mend. val. lib. 11. & in l. quæsitum in fi. ff de re iudic. Abb. in c. tenor extra eod. Fran. Caldas de restit. in integ. vers. minorib. nu. 20. verbi gratia, si facies sit extenuata, & tristis, iuxta illud Numer. 2. Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum non videam? sed hæc
29 † probationis species vix obtinebit in Infirmitate animi, vt in probando quem esse furiosum, vel mente captum, quia consistit in in-
* tellectu. Zabarella cons. 56. ex communi Kirchouius commu. opin.

L cent.

cent.2.concl.61.sed Dec.contra conſ.448.nu.6.pro prima congerit Farin. q.70.c.1.num.59. morbus autem corporis cum ſenſu percipi
30 poteſt,per aſpectum probatur, & probatio † per aſpectum eſt optima,& ſemper admittitur.plenè Maſcar.de probat.concl.8.& in quibus caſibus requiratur,docent Cabal.milleloq.514.Caldas vbi ſup.
31 proximè, & ſi morbus † eſt patens, & manifeſtus per teſtes, etiam imperitos probabitur ad tradita per Lucam de Penna in d.l.ſemel. nu.2.& 3.C.de re milit.lib.12.vt ſi agatur de probanda hydropiſia,
32 quæ † aqua intercus à Latinis vocatur, quia ſub cute noſcitur aqua, qua corpus turgeſcit, ideo facilè dignoſci poteſt, & ſic non obſtat
33 Crotus de teſtib. nu.315. & Bertaz. cõſ. cri.406.nu.1.dicentes † per teſtes imperitos non probari,morbũ Diuino veniſſe iudicio.hoc.n. à fide oculata nõ pẽdet, ſicut cognitio morbi patentis, & manifeſti.
34 Sexta concluſio ſit, quod † verba Notarij, de more in teſtamento inſerta, ſanus mente, licet corpore languens, morbum non probat; Bal.in l.1.poſt nu.19.C.de confeſſis,Ang.de teſtam.gloſſ.3.Maſcar. d.concluſ.897.in fi.Rim.iun.conſ.809.nu.75. & ſeqq. lib.7.& plenè in materia Petrus Royz.in 2.deciſ. Lituan. & dicit Caputaquen.
35 deciſ.72.par.2.nu.2.Infirmitatem † non probari per fidem Notarij,
36 quia ille non poteſt rogari † niſi de his, quæ dependent à voluntate partium,non à caſu.in l.Prætor in princ.nu.6.& Iaſ.nu.7.ff.de eden.
37 ideo † nec per fidem Notarij probari poterit, aliquem non eſſe infirmum,ſed ſanũ,ſicut quis non ideo probatur non infirmus,quòd medicamenta non aſſumpſerit, quia ſepe contingit, infirmos non vti medicamentis.vt dicit Rota Deciſ.73. par.2.nu.3.in nouiſsimis.
38 Vltima ſit concluſio, † totam Infirmitatis probationem Iudicis ar-
* bitrio commiſſam eſſe; vt ex cõi omniũ ſententia firmauit Oddus de reſtit.in integrum par.1.q. 11.art.8.vbi dat plures modos Iudici,
39 vt benè arbitretur, illumq; alijs † ſecuriorem eſſe dicit,qui in Medicorum relatione fundatur; & hæc ad morbi probationem dicta ſuf-
40 ficiant;quo verò ad mortis probationem, refero me † vltra Maſcar. in ſuo tract.de Probat.ad Ioſephum Ludo.deciſ.Peruſ.30.& Sim.de Præt.de inter.vlt.volunt.lib.5.dubit.vlt. nu.158.& ſequẽtibus.ſcias
41 † tamen ſatis non eſſe ad mortem probandam, probare aliquẽ grauì,& peracuto morbo laboraſſe,niſi alia concurrãt.vt per Gomeſ.ad rẽgu.Cancel.de infir.reſignantib.q.9.nu.7.faciunt ſcripta à Maſcar. de proba.concl.1075.nu.7.& à Turre cremata.33.quæſt.1.nu.3.vbi

ait,

42 ait, quod † ad hoc, vt mulier, quæ credit maritum ſuum eſſe mortuum, poſſit ſine peccato cum alio matrimonium cõtrahere, requiritur, vt per duos teſtes illius mortem probet, & ſubdit, vnum ſufficere, cum alijs circunſtantijs mors redditur veriſimilis, putà quia maritus ſenex. vel valetudinarius diu abſens fuit. vnde cum longa abſentia cum infirmitate concurrit, mors probabitur facilius.

43 Item ſcias † quod cum in domo reperitur aliquis ſuffocatus, alio indicio in contrarium non exiſtente, præſumitur potius mortuus ex naturali morbo, quam facto hominis. vt poſt Foller. in pract.crim. in verſ.item quod ſuffocauit vxorem, ſcribit Farin. q. crim.2.nu.29. verſ.contrarium in ſuffocato.

RVBRICA XXXVIII.

Quis teneatur morbum probare.

SVMMARIVM.

1 *Allegans, & dicens aliquid, id probare debet. & nu.2. Ampl. vt nu.3. & 4. Infertur, vt nu.5.6. & 7.*

8 *Infirmitatem allegans eam probare tenetur, & quare nu.9.*

10 *Morboſus ſemel, debet probare ſe à morbo liberatũ. declara vt nu.13. & ſeq.*

11 *Durare præſumuntur, quæ ſolo tractu temporis non mutantur.*

12 *Furioſus ſemel ſemper præſumitur furioſus.*

15 *Notorium impedimentum non eſt neceſſe probare, ſed ſufficit allegare.*

16 *Innocentius Sorbolongus I. C. inſignis, vxoris auctoris patruus.*

17 *Infirmitatis præſumptio quo pacto tollatur.*

18 *Articuli de infirmitate in genere propoſita non concludunt.*

CAPVT XXXVIII.

1 NOTVM eſt omnibus in iure verſatis aliquid allegan-ti, vel dicenti, illud eidem † probandum eſſe. vt latiſſimè hanc concluſ. comprobat inſig. Maſcar. de probat. concl. 78. & ex illa triginta nouem illationes

2 colligit, & Lud. 198. concl. 14. quiſq; enim † probare debet, quod eſt ſuæ intentionis fundamentum. l. doce ancillam. C. de rei vendicat. l. ei qui. ff. de probat. l. ait Prætor. §. docere. ff. vi bo-

no.rapt.c.à nobis extra de deciſ. c.ſuper de conceſſ.præben.cũ vulg.
3 Ampl.vt † probatio ſit neceſſaria,dato quod lex,ſiue ſtatutũ de ſola
allegatione loquatur.Barbat.in cap.quæ in Eccleſiarum,col.mihi 4.
in ſin.extra de conſtit.vbi valde cõmendat gloſſ.in cap. non eſt, de
4 conſuet.lib.6.dicentem † verba ibi poſita, (Conſuetudo,quam alle-
gat Epiſcopus non eſt reprobanda) non eſſe ſimpliciter intelligen-
da, vt ſufficiat conſuetudinis allegatio,niſi conſuetudo probetur.&
Domi.ibi,eam inducit ad q. ſtatuti,& eum ſequitur Barb.vbi ſupra.
5 Si igitur quis allegeṫ† defectum,debet concludenter probare.Bal.in
l.cum apud.C.de com.ſer.man.Maſcar.d.concl.78.nu.5. vt probare
6 tenetur † allegans caſum fortuitum.latè idem Maſcar.in d.tract.cõ-
7 cl.272.per totam. Item † allegans aliquod impedimentum.vt am-
plè per Fran.in cap.ex ratione col.2. in fi. de appellat.l.qui cõmeatu,
& ibi Bar.ff.de re milit. Itaq; cum morbus ſit defectus, & impedi-
mentum,ac inter caſus fortuitos connumeretur. vt ſupra cap.10. is,
8 qui ſe in eo fundat,ad eius † probationẽ obligatur Bertran.conſ.16.
nu.5.lib.6.& conſ.164.nu.2.lib.8.Rebuff.in pract.benef.de infirm.
reſig.gl.2.nu.4.quos refert Sebaſt.Med.de fort.caſib. q. 6.nu.5.in 2.
9 part. Ratio eſt,quia † qualitas illa, cum qua homo, ſeu animal non
naſcitur, minimè præſumitur. Dec. conſ.522.nu.16.Borg.deciſ.7.
nu.15.in 2.part. certum eſt autem natura homines ſanos procreari,
vt cætera animantia, vnde ſana præſumuntur,niſi contrarium pro-
betur.Maſcar.in concl. incip. ſanitas, in ordine mihi 1295.& mod.
Paccianus eodem tract. de probat. lib. 1. tit.54.num.8. Cum verò
10 † ſemel morboſa facta fuerunt, infirma præſumuntur, donec libe-
ratio probetur.Maſcar.in concl.897. in princ. Alciat. de præſumpt.
11 reg.2.præſumpt.19.in fi.quæ † enim ſolo tractu tẽporis nõ ceſſant,
durare præſumũtur.Abbas in cap. cum inter Canonicos nu.7.extra
12 de elect. Ideo ſemel furioſus † ſemper præſumitur furioſus tex.cum
gloſſ.in c.fin.de ſucceſſ.ab inteſt.cap.iudicas,11.q.3.Alex.conſ.141.
lib.1.Sed fortaſſe,quod paullò ante dictum eſt, teneri infirmũ pro-
13 bare ſe à morbo liberatum, locum habet † infra annum, quo mor-
bus durare præſumitur.vt dicemus infra cap.40.eo autem elapſo al-
14 legans habet præſumptionem pro ſe,vnde † non ipſe, ſed contradi-
ctor videtur teneri contrarium probare. iuxta tradita per Aymo-
15 nem conſ.75.nu.12.cogita tamen, & nota, † notoriũ impedimen-
tum non eſſe de neceſſit. probandum, ſed ſufficit illud allegare. vt
notatur

notatur in Clem. Pastoralis de sent. & re iudi. plenè Vant. de Nullit.
16 ex defectu iurisdict. nu. 166. & D. Innoc. Sorbolongus † Forosempronięsis, Portiæ vxoris meę patruus, in suo tract. de Remedijs rub.
17 qualiter excusetur impeditus. Item nota quod † Infirmitatis præsumptio tollitur per exercitium actus non compassibilis cum infirmitate, vt dicit Panor. in c. tenor, nu. 2. extra de sent. & re iudi. Adde
18 præterea, quod † articuli de infirmitate in genere proposita nō cōcludunt. vt per Thomam Fastolum Rot. aud. dubit. 31. nu. 1.

RVBRICA XXXIX.

Dilatio quæ ad morbi probationem sit concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio omnis est Iudici arbitraria. intell. vt nu. 2. & 3. & quanti temporis esse debeat secunda dilatio nu. 4. & 6. quandoq; ei locus sit nu. 5. & omnis dilatio probatoria est peremptoria. nu. 10.*
7 *Annus secundus conceditur impedito in primo anno appellationis.*
8 *Decisiones in terminis delectant.*
9 *Iudex arbitrio suo concedit dilationem ad probandum infirmitatem. & ægrotis tribuit maiorem dilationem, vt ad iudicium se conferant, quam sanis nu. 11. & seq.*
13 *Angustia temporis quando actum vitiet.*

CAPVT XXXIX.

NVNC considerare oportet, quæ dilatio à Iudice ad morbi probationem concedenda sit, cuius quæstionis decisio ab illa recepta Doctorum sententia pendere videtur, vt † omnis dilatio sit Iudici arbitraria,
1 qui considerata distantia loci, personarum qualitate, & caussæ, potest breuiorem, longioremve dilationem tribuere. vt congerit Maran. in speculo aureo par. 6. tit. de Dilat. nu. 15. per text. vbi Bar. in l. 1. C. eo. tit. vi. Menoch. de arbit. lib. 2. casu, 52. vbi nu. 7.
2 dicit, quod tunc † dilatio est Iudici arbitraria, cum datur à lege non expressa

3 expressa quantitate temporis, aliàs nequaquam, cum enim † tempus est à lege statutum expressè, non potest à Iudice prorogari, vel coarctari absque caussa. Panor. in c. 1. nu. 8. extra de Dilat. ample Saly. in auct. qui semel. C. quomodo, & quando Iud. & in l. 1. C. de dilat. vbi
4 nu. 10. docet, † quam longa danda sit secunda dilatio, cũ ei locus sit,
5 (fit auté † cum in prima quis fuit impeditus, vi. Saly. eo loci nu. 7.)
6 & concludit, † breuiorem esse non debere, quam fuerit prima, nisi aliter lege cautũ reperiatur. idem dicitur de impedito in primo an-
7 no appellationis, vt secundus † integer assignetur. auct. ei qui. C. de temp. appellat. Cum ergo lex non præfixerit terminũ, quo morbus
8 probari queat, Iudex præfigere poterit per supradicta. & quia † delectat habere Decisiones in terminis, quibus stantibus non est per argumenta procedendum, vt probat Borg. decis. 30. nu. 39. in 1. par. & Viu. decis. 135. lib. 1. nu. 4. ait, pauperis doctoris esse regulas gene
9 rales allegare. ita † in specie terminãtem inueni gloss. in c. cupiẽtes. §. cęterum, in verbo, probabilis, de elect. lib. 6. & ibi eã Gemin. seq.
10 Sciasq; quod omnis † dilatio probatoria est peremptoria, licet non dicatur. vt multis comprobat Natta cons. 251. nu. 1. & cõgerunt ad-
11 dentes Albæ cons. 612. lit. B. vol. 4. Item scias † quod cum ægroti vocati ad iudicium accedere teneantur, postquam conualuerunt, vt
12 not. in l. quęsitum. ff. de re iud. eis † longior dilatio danda est, quam cæteris sanis hominibus. arg. l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. l. nonnunquam. ff. de re iud. idemq; de senibus voluit Menoch. de
13 arbit. iud. cas. 52. nu. 18. quando autem † angustia temporis, & dilationis vitiet, & reddat actum impossibilem, pulchrè docet Rom. cons. 348. per totum.

RVBRICA XXXX.

Morbus quandiù durare præsumatur.

SVMMARIVM.

1 Morbus præsumitur esse longus, vt saltem duret per annum, num. 2. & quæ ex hoc inferantur. nu. 12. remissiuè. intell. vt nu. 5. & 7.

3 Maleficiatus, qui per triennium non potuit sanari, perpetuò laboraturus creditur, & an ob id matrimonium separari possit. nu. 4.

6 Gome-

6 Gomesius in quo à Mandosio reprehensus.
8 Medici iudicare debent quandiu morbus sit duraturus. & nu. 10.
9 Argumentum de tempore ad rem valet.
11 Perseuerantia in febri, alioq; morbo sui natura sanabili, non præsumitur.
13. Coniuncti præsumuntur habere notitiam infirmitatis coniunctorum, & quæ alia scire præsumantur. nu. seq.

CAPVT XXXX.

1 CVM regulariter impedimenta, longa esse præsumãtur, vt post Imol. in l. quæsitum. ff. de re iudic. Alex. in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cau. scripsit Bero. cõs. 18. num. 103. vol. 3. idem † de morbi impedimento dicẽdũ est. & ad hoc citatur lex si longius. ff. de iudic. tum à Decio in c. prudentiã nu. 9. de off. deleg. tum à Decia. resp. 14.
2 nu. 35. lib. 3. qui alios citant. Et quod † saltem per annum morbus durare præsumatur, per tex. iuncta gl. in c. communiter. 33. dist. multi comprobant, vt addentes Bart. in d. l. quæsitum. Sebast. Med. de Fortuit. cas. par. 2. q. 6. nu. 8. & adducti à Decia. vbi sup. & ad prædicta confert Capel. Tholos. q. 380. vers. & debet, dum dicit, impe-
3 dimentum ex maleficio † proueniens, quo vir impeditur vxorem carnaliter cognoscere, iudicari perpetuum, quando per exorcismos,
4 & orationes intra triennum non cessat, & quærit an † ob id matrimonium separari possit. circa quod vide Bar. in §. distrahuntur auth. de nupt. Rol. de lucro dotis, q. 104. num. 4. & Viu. decis. 272. lib. 2. si quis autem à Dæmone per annum non fuit vexatus, liberatus præsumitur Card. Tolet. de Instru. Sacerd. lib. 1. c. 58. vers. 7. vbi eandem
5 probationẽ admittit in passo morbũ caducum. Verùm † dicta conclusio non vendicat sibi locum in quouis morbi genere, sed solum obtinet in morbo naturaliter durabili, vt bene deducit Alci. de præ-
** sumpt. reg. 2. præsumpt. 19. & de magis cõmuni opinione testatur, vt Villalobos in sua communium opinonum collecta, in verbo, Infirmitas, & Menoch. de præsumpt. par. 2. lib. 6. pręsumpt. 44. vnde
6 † colligitur hallucinatum fuisse. Gomes. cum ad reg. cancell. de infir. rẽsig. extendit conclusionẽm nostram ad peracutos morbos, ex quibus homines breui extingui solent, ideo non est præsumendum, longos esse futuros, & cũ ratione ibi à Mandos. q. 7. reprehenditur, qui

7 † qui restringit præterea conclusionem, vt non procedat in morbo graui, quo affectos cito mori credendum est. rectè igitur sensit Gaspar Vallad.in l.imperium.ff.de iurisdict.omn.iud.nu.125.dum to-
8 tam hanc controuersiam † Medicis relinquendam esse existimauit,
9 cui ego libenter adhęreo, nam cum valeat † argumētum de tempore ad rem, vt dixi in meo tract.de Ludo Scacch. q. 11. princ.nu.1.si Medicis de Infirmitate creditur, eisq; standum est. vt per Bart. in l. contumaciam. §. pœnam.ff.de iudic. & dixi supra cap.37. in princ.
10 nu.39.cur † eis non stabitur circa tempus? vt definire queant, quam diù morbus sit duraturus, & nonnullorum, qui solent esse longi, &
11 perpetui meminit Menoch.de præsump.44.vbi nu.1.ait,† in febri, similiq; morbo natura sanabili, non præsumi perseuerantiam, post tanti temporis lapsum, quo consueuit morbus ille curari. Sed retenta communi; vt morbus saltem per annum durare præsumatur,
12 ex ea † ad plura inferre potes, vt per Alciat.de præsumpt.19.& Ma-
13 scar.de probat.conclus.897.in princ.& in specie, vt † coniuncti pręsumantur habuisse notitiam infirmitatis coniunctorum.l.octaui.ff. vnde cogna.quam declara, vt per Cagn. in l.1.nu.112.ff.si cert.pet.
14 coniuncti enim scire † præsumuntur omnes actus continuos coniunctorum, sed non momentaneos, vt contractus.late Lambert.de contract.gloss.7.nu.58.& in materia, quādo coniunctus, vel vicinus præsumatur scire facta coniuncti, vel vicini ample Gab.Rom.tit.de præsumpt.conclus.6.per totam.

RVBRICA XXXXI.

De aëris intemperie.

SVMMARIVM.

1 *Timor iustus non incidendi in morbum excusat.*

2 *Aëris intemperies à peste differt, & à multis excusat. & quid operetur. nun.10.*

3 *Gregorius xxij. quomodo se excusauerit, quòd ad Concilium Pisanum non iuit.*

4 *Citatus non comparens propter timorem mali aëris excusatur.*

5 *Vltra-*

5 *Vltramontani iuramentum de stando Romæ mense Augusti an liget.*
6 *Monialis in vno monasterio professa ob aëris intemperiem potest in aliud transferri.*
7 *Medicorum est iudicium ferre tam aëris, quam complexionis.*
8 *Locus ad ius reddendum deputatus potest mutari ob malum aërem.*
9 *Legatum cum onere morandi in loco debetur, si ibi mora trahi non potest.*
11 *Episcopus potest se ad aliam Ecclesiam transferre ob cœli grauitatem.*
12 *Grauitas cœli quando excuset.*
13 *Filij parentes, & e contra deserunt tempore pestis.*
14 *Religiosi an possint à loco infecto aufugere.*
15 *Medicus non potest recedere à loco infecto.*
16 *Edictum tendens ad aëris conseruationem publicam respicit vtilitatem.*
17 *Artes mali odoris, reclamãtibus vicinis, neq; in propria domo fieri possunt.*

CAPVT XXXXI.



VIA non solum morbus verus, (non simulatus) & legitimè probatus, vt c. 37. parit excusationem; per adducta in præcedentibus capitulis, verũ etiam
1 † iustus timor in eum incidendi, vt ex infra dicendis apparebit, dicamus aliqua de aëris intemperie,
2 quam † à peste differre cõstat, ideo vltra scripta de peste cap. 23. hæc subijciam, & primo aëris intemperiem excusare à residentia, periurio, à cursuq; præscript. vt deducit optimè Fely. in cap. accedens el 2.
3 nu. 11. vt lit. non context. subdens † Greg. xxij. excusasse se, cur non venerit ad Concilium Pisanum, propter timorem grauitatis illius cæli, faciunt scripta per Paris. cons. 28. in prin. lib. 4. & Viu. dec. 323.
4 lib. 2. † ad excusandum citatum nõ comparentẽ in locum, vbi est malus aër, nam pręstat caussam rationabilẽ. gl. in Clem. ne in agro.
5 §. cæterum, vers. rationabili de stat. monach. Hinc est † non posse vocari periurum Vltramontanum non bene complexionatum nõ seruantem iuramentũ de stando Romæ, si discessit mense Augusti, quo tempore mala est in Vrbe aëris temperies. Abbas, & alij in c. si vero el 2. extra de iureiur. & rectè respondit Decian. resp. 20. lib. 1.
6 Monialem † in vno Monasterio professam, posse in aliud transferri, cum in morbum incidit ob malam aëris temperiem primi, etiam si

laxior sit regula secundi. ibique num. 33. ait, nihil referre, quod aër cæteris monialibus non esset insalubris, si grauis, & nociuus erat illi moniali, quia sæpe aër alicuius loci cōplexioni vnius grauis, & nociuus est, cæterorum salubris, vt periti Medici arbitrari poterunt, cū
7 ad ipsos † pertineat. Fely. in c. ex transmissa nu. 8. extra de præsumpt. & quod eorum sit iudicium tam aëris, quam complexionis, probat
8 Franc. Mar. decis. 520. nu. 12. par. 1. & quæst. seq. demonstrat, † Iudicem ob malam loci temperiem locum ad ius reddendum deputatum alio transferre posse, licet regulariter in loco maiorum ius reddere debeat. l. penult. in fi. ff. de iust. & iure. dixi in annotat. ad Bullā
9 Rotæ Prouinciæ Marchiæ. nu. 52. hinc inferri potest, † vt legatum factum cum onere morandi in loco aliquo, debeatur quando propter aëris intemperiem ibi mora trahi non potest. ex Bart. in l. Caio.
10 §. Imperator. num. 2. ff. de alim. legat. iusta enim caussa † est hæc, ne quis in loco commoretur, vel ad eum se conferat. Menoch. de arbit. iud. quæst. cent. 5. casu 421. nu. 27. & casu 423. nu. 12. ostendit, aëris
11 intemperiem iustam caussam præbere † Episcopo ad aliam se Ecclesiā transferendi, vt præbet Presbytero migrandi de vno ad aliud beneficium, quando aër primi sibi non confert. Lancel. Insti. Cano. tit. de transla. § 4. in gl. in vers. vtiles, confirma prædicta ex Lapo al-
12 leg. 68. Verùm † scias prædictis tunc locum esse, cum cœli grauitas ita est vehemens, vt verisimiliter de morte timeri possit. Neuiz. cōs. 51. nu. 20. Mascar. de probat. concl. 20. nu 8. & nu. seq. de peste ver-
13 ba faciens ait, hac † grassante, non parentem filium, non filium parentem adiuuare, virum vxorem, & vxorem virum auersari, & om-
14 nes conclamare, fuge, fuge. Sed an † clericis, & religiosis id permittatur, plenè docet Episc. Benz. in tracta. de fuga propter pestem q. 1.
15 lib 1. concl. 6. & seq. & pag. 18. ait, † Medicum à publico conductū non posse tunc discedere, & populos posse eum retinere. Item scias
16 † edictum tendens ad aëris cōseruationem, publicam respicere vtilitatem, putà, ne lina propè Ciuitatem madefiant, ideoque eo etiam Clericos ligari deducit Vulpel in opusculo de libert. eccles. par. 3.
17 nu. 16. & 17. faciunt scripta per Franc. Mar. q. 23. par. 1. vt † etiam in domo propria non possit exerceri ars, per quam malus odor fiat vicinis, nec possit vinum putridum, vel vrina effundi, & similia super viam publicam. vide semper Paris. cons. 110. nu. 12. & seq. lib. 4.

RVBRICA

RVBRICA XXXXII.

De habenda ratione valetudinis.

SVMMARIVM.

1 *Cura corporis laudatur, & à iure naturali comprobatur. nu. 2.*
3 *Vitam longam exoptare possumus.*
4 *Fieri non posse dicitur, quod absq; vitæ, & sanitatis periculo fieri nequit.*
5 *Filio spurio, qui non potest propter infirmitatem laborare, relictum, factum à Patre, valet.*
6 *Medicis infirmi debent obtemperare, alias peccant. limita, vt nu. 8.*
7 *Sani non tenentur viuere medicinaliter.*
9 *Gulæ indulgentes cum sanitatis detrimento peccant.*
10 *Fames consumit hominem, vt ciborum excessus.*
11 *Fercula multa multos morbos faciunt.*
12 *Vinum modicum vtile stomacho.*
13 *Sanitas est temperamētum quoddam, & somnum sanitatis parit vita parca nu. 18. puraq; conscientia ad sanitatem conducit. nu. 20.*
14 *Temperantia in quibus vti debeat, qui sanus esse vult.*
15 *Melancholia sanitati valde noxia.*
16 *Tristitia multos occidit, nec est sanitas in ea.*
17 *Gaudium exhilarat faciem.*
19 *Vomitus conducit ei, qui multum edit.*
21 *Decimarum solutio quæ bona tribuat.*
22 *Merces corrumpentis pœna.*
23 *Stellionatus pœna pecuniaria.*
24 *Medicamenta corrumpens grauiter punitur.*
25 *Pharmacopolarum auaritia coercenda.*
26 *Funambuli digni sunt reprehensione, & peccant.*
27 *Vxor non tenetur sequi virum leprosum.*
28 *Filij leprosi apud matrem sunt educandi.*
29 *Gallicus morbus quid operetur.*

30 *Medicina duplex est, & quæ comparetur baptismo, & pœnitentiæ, & quæ Eucharistiæ.*
31 *Sanus die, quo sumit medicinam excusatur.*
32 *Sanitas recuperatur, & conseruatur tenui victu.*
33 *Absentia iustificatur tam ex recuperatione, quã conseruatione valetudinis.*

CAPVT XXXXII.



VNC de ratione valetudinis habenda aliqua dicamus, cuius haberi debere constat. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. l. medicus. l. hæ demum. l. operarum in fi. ff. de ope. libert. cum alijs per me congestis de Ludo Scacch. quæst. 1. princ. nu. 19. & seq. nã non est census super censum salutis corporis. Ecclesi. 30. hinc Thales Milesius (teste Laert. lib. 1.) interrog. quis fœlix dici posset, Qui corpore,
1 inquit, sanus est, & animo castus. ideo † optima cum ratione cura corporis ad virtutum maximè exercitium, laudatur à gloss. in c. & si
2 Christus in vers. modico, extra de iureiu. & † à natura ipsa compro-
3 batur l. vt vim, cum materia. ff. de iust. & iu. vnde † vitam longam, quamuis non perpetuam, in hoc misero seculo exoptare possumus.
4 vt dicit Nauar. in manu. confess. cap. 11. nu. 16. circa fi. † & fieri non posse dicitur, quod fieri nequit absq; vitæ periculo. l. nepos Proculo. ff. de verb. signi. l. seruus. ff. de noxal. cum alijs citatis ab Aymone
5 cons. 199. nu. 2. vbi valere probauit † relictum à Patre filio spurio factum, cum ille propter corporis valetudinem non posset aliter sibi
6 victum quærere. Item † valetudinis ratione Medicis obtemperandum est, nihilq; fieri potest in notabile corporis detrimentum, & secus agens mortaliter peccat. Innoc. Fely. & alij in cap. tua nos extra de homi. Summa Thabiena, in verbo, Medicina, nu. 14. Et quãuis
7 † sani non teneantur viuere medicinaliter, tamen cum sumunt cibum, vel potum, quem nocere sanitati arbitrantur, peccant, vt per
8 eosdem. nisi de leui nocumento timeri posset, † qui enim temporales medicinas recusant propter spirituale commodum putà, domandæ carnis gratia, passionesq; efferuescentes comprimendi, seu passionem Christi melius sentiendi caussa, perferendo, cauteria, vulnera, aliaq; periculum mortis secum non afferentia, non peccant. vt per Nauar. in d. Manu. cap. 21. nu. 41. ad secundum præceptum Decal.

Eos

9 Eos autem peccare constat, † qui cum notabili sanitatis detrimento gulæ indulgent,& quorum Deus venter est,abundantia enim morbos facit, molestias ingerit,& ægritudines generat.nam quod fames facit,hoc etiam plenitudo facit ciborum,immo multo peiora, quia
10 fames † in paucis diebus consumit hominem, excessus verò ciborũ putrefacit corpus, & diuturna ægritudine macerat, morteq; crudeli consumit.vt hæc omnia docet tex.in cap.nihil de consec.dist. 5.ideo
11 scripsit Seneca: † multos morbos, multa fercula faciunt, & Diuus Ambrosius in sermone de ieiunio, malæ dominæ nos seruire asseruit,cum gulæ indulgemus;quæ semper expetit,& nunquã expletur. Et Apostolus nos admonuit, cuius verba extant in c. & si Christus
12 in fin.extra de ieiu.vt † modico vino propter stomachum vtamur,
13 nam ad sanitatem temperantia optima est.cum sanitas † nihil aliud sit,quam temperamẽtum quoddam, vt ex Medicis ostendit Tiraq.
14 de Nobil.cap.31.num.392.ipsaq; temperantia † nedum in cibo,& potu vti debet, qui sanus esse cupit, sed etiam in rebus venereis. vt dixi in meo tract.de Ludo Scacch. q.5.princ.nu.90.& 98.Amplius,
15 fugiat † melancholiã sanitati valde noxiã, ex animi enim sanitate fit sanitas in corpore.teste Arist.lib.7.metaphy.& dicitur Eccles.30.
16 tristitiã † multos occidere, & non esse sanitatem in ea; & Prou.15.
17 Cor gaudens † exhilarare faciem, in mœrore animi spiritum deijci; & de melancholia alia scribunt addẽtes Bertaz.cons.crim.228.vers.
18 quinto,si quis erit. item † somnum sanitatis esse in homine parco, habetur cap.31.Eccles.& veloci infirmitatem non occurrere,& alia
19 notatu digna ibi dicuntur. & inter cætera,consulitur † ei,qui multum edit, vt vomat. alia similia facilè colligi poterunt ex Medicorũ libris,quos referre meum non est, nec dicta à Castellano nostro de offic. Regis lib.2.cap.47.& lib.3. cap. 15. non tamen omittendum
20 est,ad † sanitatem multum prodesse puram habere conscientiam,& à peccatis immunem, quia propter illa morbi veniunt; vt sup.c.27. nu.2.& alia aduersa; vt è cõtra,ex bonis operibus prosperitates. ideo
21 † solutionem decimarum tribuere sanitatem corporis, vbertatem fructuum,& dona cœlestia,dixit post Gemi. in cap. 1. de decis.in 6. Gui.Papæ,quæst.266.nu.3.Rebuf.de Deci. q.vlt.nu.10. Item scias
22 sanitatem corporis tanti æstimari, vt licet regulariter † merces corrumpens pœna stellionatus puniatur. l.3.§. sed & si quis merces.ff. de crim.stell.Bertaz.plenè cons.445.nu.4.lib.2.(est autẽ stellionatus

pœna

23 † pœna pecuniaria, vt post relatos scripsit Boss.in pract.crim.tit.de
24 falsis nu.85.& seq.) tamen is, † qui medicamina corrupit, grauius punitur.vt per Claudium in addit.ad citatũ cons.Bertaz.satis nanq; (ait ille) medicorum imperitorum ignorantia offendimur, quod
25 incommodum si effugere non possumus, saltem † graui debemus pœna compescere pharmacopolarum auaritiam, administrantium non solum exesa, & marcida, sed corrupta, adulterinaque medica-
26 menta; ex quibus colligitur dignos † esse reprehensione illos,qui super funes in altissimis locis maximo cum vitæ,& sanitatis periculo, corpus volutant, quos peccare post Syluest.in vers. ars. quæst.8. dicit Nauar.in Manua.confess.c.15.ad quintum præceptum Decal.
27 vers.8. quæ faciunt pro vxore,ne † teneatur sequi virum leprosum, vt enim valetudinis rationem habeat,nó cogitur.Hosti. in Summa
28 de coniu.lepros. in fin.vbi subdit,eo † casu filios apud matrem pos-
29 se educari, ne à patre inficiantur. & quid dicęndum de † morbo Gallico, colliges ex Natta cons.24. & melius ex Claudio Bertaz. in addit. ad Patris cons. crim.228. littera D, vers.primo casu,ad quem
30 me refero. Præterea scias † ad valetudinem duplicem repertam esse medicinam,altera morbũ remouet,& datur ægrotis,cui baptismus, pœnitentiaq; comparatur: altera promouet in perfectam sanitatẽ, & sanis exhibetur, cui sacra comparatur Eucharistia. Card. à Turre crem.in c.qui scelcratè dist.2. pag.84.tom.4. & vnaquęque istarum præbet excusationes, ideo ne dum infirmus sumens potionem, vel
31 medicinam, sed etiá sanus, † eo die priuilegiatus est, quo sumitur potio,vel mittitur sanguis: ad tradita per Gemin. post Archi.in c.1. § qui verò de cler.non residen.lib.6.non tamen sanus consequetur priuilegia omnia infirmorum, & sibi non congrua, vnde non est dicendum,posse eum laico peccata confiteri,vt infirmus potest. ad scripta in secunda parte in vers. confiteri. cessat enim in eo necessi-
32 tas,quæ in ægroto consideratur. Vltimo nota † eo modo conseruari valetudinem, quo recuperatur, recuperatur autem victu tenui, eo-
33 dem ergo seruatur,vt de se patet. Item absentia † iustificatur, tam si fiat valetudinis recuperandæ gratia, quam conseruandæ. ex Toleto de instru.sacerd.lib.5. cap.4.

RVBRICA

RVBRICA XXXXIIII.

De Medicis, eorumq; officio.

SVMMARIVM.

1 *Medici ad valetudinem sunt necessarij. & nu. 2 quorum finis est ægrotantium sanitas nu. 4. & quot in quauis Ciuitate esse debeant nu. 5. & semel approbati, possunt reprobari nu. 6. cuius autem arbitrio constituendi. nu. 7. & morum probitas, & peritia in eis requiritur num. 8. & experientia præstat nu. 9 & 35. & quando expediat habere plures num. 10. & si scienter adhibent mala medicamenta capite puniuntur num. 13. & morbi debent esse scientes nu. 14. & nu. 44. quæ autem signa possunt obseruare num. 45. eorumq; imperitia pœna corporis non punitur num 43. eorum item est centies infirmum visitare, centies curare nu. 19. & non vno vti collyrio nu. 22. anq; teneantur nunciare mortem infirmo nu. 26. & qualiter puniantur, si non inducunt ægrotum ad confitendum peccata nu. 31. & seq. & recusantes nō debent derelinquere nu. 33. & quæ requirantur, vt eis non possit mors Infirmi adscribi nu. 37. & seqq. & sint diligētes, si adiecta in medicinis bona sint nu. 30. & artis limites nō excedant. nu. 40. nec ægrotos doceant, quæ sunt animæ contraria nu. 42. anq; teneantur pauperes gratis curare nu. 49. & vtentes incantationibus non veniunt appellatione medicorum nu. 55 & à quibus muneribus sint immunes nu. 57. remissiuè. anq; pro morbo incurabili salarium consequatur nu 58.*

3 *Medicinas non abhorrent viri prudentes, & cur. & vnde dicta sit medicina nu 11. quæ duplex est nu. 16. & qualiter differant præcepta corporalis, & spiritualis medicinæ nu. 24.*

15 *Prudentia requiritur in spiritualibus medicis, & diligentia exacta. nu. 21.*

17 *Spirituales medici plures sunt, & caput omnium Christus. semelq; approbati. possunt reprobari nu. 54.*

18 *Deus sanat, quoties opus est corpus, & animum, sine quo ars medendi nil valet nu 56.*

25 *Ieiunans magis peccat, quam mereatur, quando potest timeri mors, vel morbus.*

27 *Mortis*

27 *Mortis cogitatio turbat omnes.*
28 *Galeni præceptum de ſemper ægrotos confortando qualiter intelligendum.*
29 *Epiſcoporum familiares quid facere debeat dominis ægrotantibus.*
30 *Anima corpori præferenda, ſed multi ſecus faciunt.*
34 *Claudi à Petro ſanati cur nomen expreſſum non fuerit.*
38 *Lata culpa dolo æquiparatur in Medicis.*
41 *Chirurgus malè incidens an teneatur. remiſſiuè.*
46 *Homicidij an rei ſint Medici recuſantes curare. remiſſiuè.*
47 *Abortus an poſſit conſuli à Medico mulieri prægnanti. & nu. ſeq.*
51 *Culpa quomodo arguatur in eo, qui medicum non adhibuit, vel imperitum.*
52 *Electio mala medici, & aduocati eſt in culpa. & qualis ſit faciẽda nu. ſeq.*

CAPVT XXXXIII.

1 QVONIAM valetudinis ratio † abſq; Medicis vix haberi poteſt, de illis ſubijciamus, incipientes à verbis
2 Eccleſ. 38. vbi dicitur. Honora † Medicum propter neceſſitatem, creauit enim illum altiſſimus, & à
3 Deo eſt omnis medela, & vir † prudens non abhorrebit illam, nam licet nemo poſſit tranſgredi terminum vitæ à Deo præfixum, tamen intra dictum terminum mortem accelerare omnes poſſunt, quo circa à medicina petendum eſt remedium, vt corpus ſeruemus, & infirmum curemus, donec veniat dies à Deo præfixus, vt benè docet Tiraq. de nobil. cap. 31. nu. 553. & ſeq. & per to-
4 tum cap. latiſſimè de Medicis verba facit, † quorum finem (nu. 39.) ſanitatem ægrotantium eſſe dicit; quid ergò mirum, ſi omnes benè
5 ordinatæ Ciuitates peritos ſibi Medicos parant? & † ſecundũ leges minoribus Ciuitatibus quinque Medici eſſe debent, & ſeptem in maioribus, in Metropolitanis arbitrio Iudicis. Menoch. de arbit. iud.
6 caſ. 465. nu. 6. & † ſemel approbati ſanitatis fauore reprobari poſsũt. l. ſed & reprobari. l. ſi duos. §. 1. ff. de excuſ. tut. & olim in Alexãdrina Ciuitate ſexcenti Medici, iudicio Antiſtitis, conſtituebantur l. parabolani. C. de epiſ. & cler. ſed lex illa eſt localis, ſecundum Saly. ibi. nã numerus aliarum Ciuitatum erat præfinitus, vt mox dixi, & Medi-
7 corum † conſtituendorum arbitrium, ordini cuiuſq; Ciuitatis commiſſum. l. 1. C. de decre. ab ord. facien. vbi tex. ſubdit hæc verba; vt

certi

8 certi de † probitate morum, & peritia artis eligant ipsi, quibus se, li-
berosq; suos in ægritudine corporum, committát. & dicit Syluest.
9 in Summa, in verbo, Medicus, nu.7. melius † esse habere medicum
expertum, quam scientem, subditque, expedire plures habere simul,
10 sed non successiuè, quia † nihil magis contrarium est sanitati, quã
11 medicorum crebra mutatio: & cum medicina † dicta sit à modo, &
temperaméto, secundum Isidorum lib.4. etymologiarum, cum iu-
dicio, & temperatè est adhibenda, quocirca veteres medicos simpli-
cem curationem secutos fuisse scripsit Turnebus Aduersariorum
12 lib.17.cap.18.in † multo enim contristatur natura, in mediocritate
autem gaudet: non ergo à malis medicamentis abstinere medico
13 sat est, (quæ † si scienter adhibet, capite punitur. Clarus.§.Homici-
dium vers. item medicus) nisi bona cum iudicio præstiterit, habita
14 morbi notitia, qua † non præcedente ad remedia currens, peccat.
Nauar.in Manu.confes.cap.25.num.60.& eodem modo requiritur
15 † prudentia in medicis spiritualibus, summa cum humanitate con-
iuncta, præsertim erga infirmos, vt per Graff. decis. cas.consci.lib.1.
16 c.22.par.1. duplex enim est medicina † corporalis, & spiritualis, vt
docet Lucas de Penna in rub.nu.4.C.de professor.& medi.lib.10.&
spirituali pluribus modis peccata nostra redimere possumus.c.medi
cina de pœnité.dist.5. nempè omnibus Ecclesiæ Sacramentis. teste
17 Luca in loco citato. item † plures habemus spirituales medicos, &
caput omniũ Christum Dominum, qui semper curare paratus est.
ideo in cap.adhuc circa medium de pœnit.dist.3. hæc notatu digna
verba leguntur. Sæpe in Ecclesia videmus febricitãtes, sæpe langui-
dos, vt appareat toties opus miserantis, quoties confessio pęnitentis.
18 quomodo † enim Deus corpus, quod vilius est sæpe sanaret, & ani-
mam digniorem non toties liberaret? Medicum se vocat, & non sa-
nis, sed malè habentibus opportunum, sed qualis hic medicus, qui
19 malum iteratum nesciret curare? nam medicorum est † infirmum
centies visitare, centies curare. vnde rectè dixit Cassanc. consil.48.
20 quod medici, cum morbi sunt periculosi, non † debent à latere in-
firmorum discedere, aliàs satis est eos bis in die visitare. Hosti. in c.
21 tua nos extra de homici. & non minori, immo maiore † diligentia
vti debent spirituales medici.c.inferiorum cum seq.86.dist.cap. nõ
22 vos.5.q.5.c.quid faciat 23.q.4.& sicut † prudens, & peritus corporis
medicus, non vno vtitur collyrio, ita illi varia remedia adhibebũt.

23 c.vlt.dist.29. sed corporales † medicinæ, à spiritualibus differunt, quia salutares illę non sunt, nisi actu corpori applicentur, spirituales verò, ex solo desiderio animę prosunt, dum non religionis contemptus, sed necessitatis articulus eas actu excludat: Turre crem. in c. si-
24 cut de consecrat. dist. 4. Item corporalis † medicinæ præcepta, quia à ieiunio reuocant, flere non sinunt, ab omniq; meditationis intentione abducunt, spirituali medicinæ contraria videntur. c. contraria de consecra. dist. 5. non ideo tamen sunt improbanda, nam circa ieiunium, cũ cura corporis habenda sit: vt supra c. proximo in princ.
25 constat † magis peccare, quam mereri, eum, qui ieiunat, vbi ex ieiunio verisimiliter possit morbus, vel mors contingere. Panor. in c. cũ infirmitas in vlt. not. extra de pœnit. & remis. circa verò alia duo, vt non sint improbanda: conferunt Archiepiscopi Florentini verba, à Thabiena relata in summa in verbo Medicus nu. 5. super illa quęst.
26 † Vtrum Medicus teneatur ægroto nunciare mortem, quã cognoscit certò venturam; & concludunt nunciari debere per Medicum, siue alium, vt peccata Infirmus confiteatur, vel condat testamentũ, quo lites tollantur; secus si ille peccata confessus fuit, rebusque suis
27 consuluit, quia † cum vnusquisque in infirmitate mortis recordatione turbetur, absque vtilitate non est sibi mors prænuncianda, & ita à fletu, & mentis agitatione absque peccato infirmi reuocabuntur, & per consequens corporalis medicinæ præcepta non sunt improbanda, licet spirituali medicinæ cõtraria prima facie esse videan-
28 tur; & tali pacto † intellectum Galeni præceptum de semper ægrotum confortando, executioni Medici mittere possunt, vt inquã exequantur, cũ in periculum aliquod anima infirmi non vocatur, aliàs nequaquam. Thab. vbi sup. Nauar. in Manu. confes. cap. 26. nu. 25. & nouissimè in Cęremoniali Episc. iussu Clementis viij. edito, c. 38.
29 dicitur, † Medicos, & familiares Episcoporũ debere polliceri se omnia facturos, quantum humana industria potest, vt pristinam sanitatem Episcopi recuperent, & grauiter ægrotãtes monere de discrimine vitæ, hortariq;, vt peragant, quæ ad animæ salutem pertinẽt.
30 anima enim corpori † est præferenda, licet contrarium sæpe fieri cõtingat, quia cadit asinus, & subleuantẽ inuenit, cadit anima, & non est, qui subleuet. meritò igitur damnantur, ac pœna afficiuntur illi
31 Medici, † qui ægrotantes ad confitendum peccata non inducunt, & pro salute corporis contraria saluti animæ suadent. vide Panor. in

d. c. cum

d.c.cum infirmitas extra de pœnit.& remiſ.Nauar.in d.Manu.c.25. nu.61. & Pij v. conſtitutionem,in qua grauiores pœnæ Medicis eã
32 non obſeruantibus circa prędicta infliguntur, † quibus fortaſſe locus non eſſet,cũ Medici omiſiſſent in morbis leuibus,ſolum enim in grauibus,& periculoſis,vt ſunt febres cõtinuæ, habere locum citatum. c. cum infirmitas dixit Roſella in verbo Medicus nu.3. licet
33 contradicere videatur Syluest. in eod. verbo nu.3. in fi. † non ideo tamen ægrotantes à Medicis ſunt derelinquendi, quòd peccata nõ confiteantur.Nauar.vbi ſup.nu.61.& omnes idem tenere dixit Cõrad.in reſp.caſuum conſci.q.20. ſed omni diligentia curandi, nõ ex affectu lucri,vt melius curarẽtur, ſi eſſent diuites,ideo in Act.Apoſt.
34 cap.3.vt ibi declarat Bern.Felicianus, non fuit † expreſſum nomen illius claudi,quem Petrus ſanauit,vt oſtenderetur,Apoſtolos ex obſequio,& affectu non ſanaſſe. & Gloſ.in c.ſedulo 39.diſt.affirmauit,
35 Infirmos † non quærere Medicos eloquentes, ſed curare ſcientes: vnde qui habet eligere, bene moratum quærat, & peritum d.l.1.ff. de decre.ab ord.faci. item bono corporis habitu præditum. vt dixi
36 de Ludo Scacch.q.12.princ. nu.76. & ſeq.vulgus † enim exiſtimat eos,qui non ita diſpoſitum corpus habent, alijs prodeſſe non poſſe, illudq; notum eis obijciunt,Medice cura te ipſum. alia etiam debet habere medicus,de quibus ſcripſi in eodẽ meo tract.q.5.princ.poſt.
37 nu.42. & Fuſcus de viſit.cap.3. nu.9. Vtq; † ei non poſſit mors infirmi adſcribi,primo debet eſſe peritus, quia imperitia culpæ adnumeratur.l.imperitia.ff.de reg.iur.ex eoque,quod Medicus curam aſ-
38 ſumit,tacitè ſe eſſe peritum profitetur: vnde † in eo lata culpa dolo æquiparatur. Flor.in l.idem.§.mulierem. ff.ad l.aquiliam,& l.qua a-
39 ctione.§.Proculus.ff.eo.vbi ſubdit,tunc eſſe in culpa † cum non eſt diligens an adiecta in medicinis,& potionibus bona ſint, & nõ ni-
40 mis vetuſta.ſecundo requiritur † vt ſuæ artis limites Medicus non excedat,arg.l.culpa eſt.ff.de reg.iur.& notatur in c. ad aures extra de æta.& quali.& in c.fin.de homi.§.prætcrea Inſtit.de lege aquil.l.idẽ
41 iuris.ff.eo.vide Caſſan.conſ.48. vbi ponit de Chirurgo † teſticulos incidente,& quærit an de dolo,culpa,negligẽtia, imperitiaq; teneatur. faciunt ſcripta per Aym.conſ.132. num.3. contra negligentes.
42 Item Medicus † tenetur ægrotum inſtruere, atq; admonere,vt peccata confiteatur, eumq; ſaluti animæ nõ cõtraria edoceat, vt paullò ante dixi, quibus concurrentibus mors ægroti ſuperueniens etiam

in foro conſcientiæ ſibi non imputabitur. Doct. in c. tua nos extra de homici. vbi vide Soci. & ſemper Gail. pract. obſeruat. lib.2. ob-
43 ſer.111.nu.25.& dicit Vrſil. ad Afflict. deciſ.123. Imperitos † medicos, etiam ſi infirmus moriatur, corporaliter non puniri; ſequitur
44 Viu.in ſua Sylua opin.494. in fi. quando autem dicantur † habere morbi ſcientiam, declarat Ripa in l.admonendi nu.83.ff.de iureiu.
45 & quæ ſigna † ad pręcognoſcendos morbos obſeruare queant, ponit Cypri. Guidus Ord. Præd. in ſpeculo quæſt. peregrinarum q.5.
46 cap.9.3. deca. & quando ſint † rei homicidij recuſantes ægrotum
47 curare, amplè Tur.cremi.cap.1.nu.9.diſt.83. & quid ſi dant † medicinam mulieri pręgnanti, vt abortiatur. Syluეſ.in Summa in verbo, Medicus, nu.4 latè Graff.deciſ.lib.2.cap.63.par.1.vbi nu.22. arguit
48 † culpam in Medico abortum procurante, etiam ad ſalutem ipſius prægnantis. alia ſimilia notatu digna colliges ex Nauar. in Manu.
49 d.cap.25.nu.60.& nu.64.docet, an, & † quando Medici teneantur, pauperes ægrotos gratis curare, à quibus ſi ſunt diuites poſſunt ſalarium petere, etiam ſi curari recuſaſſent. Vrſil. vbi ſup. nu.2. ſed in-
50 firmi † nõ tenentur reſarcire Medico damnum equi in itinere ſibi
51 derobati. Bonacoſ.de equo q.166. quæ autem probanda ſint † ab eo, qui dicit ægrotum deceſſiſſe, quòd nullus fuerit adhibitus Medicus, vel imperitus, plenè docet Maſcar.de probat.concl.1039. in-
52 cip. Medicum, per totam. & quando mala † electio Medici, & Aduocati ſit in culpa, declarat Franc. Mar. deciſ.524. per totam par.1. & dicit Put.de Syndi.in verbo, conſilium, cap.2. nu.2. quod habẽs
53 † eligere medicum, debet eligere eum, cuius fama ſit celebris; & quod dixi ſupra num. 6. ſemel approbatos poſſe reprobari, amplia
54 † etiam in Medico ſpirituali. Caroc.de Locato in 3.edit.q.4.num.4. car.153.citat Oldr.conſ.18.& Abb.in c.de illis de deſponſat. impu. & alios. & idem Caroc.in d.tract.rub.de Medico, per ſexdecim quęſtiones, multa de illis, eorumq; ſalario notatu digna ponit, quæ non refero, vt Franc.Mar.q.646.par.1.& Bald.in l.1.num.3.C.mandati,
55 Medicorum † appellatione contineri negat, qui per incantationes medentur, de quibus ſequenti capite dicemus. ſed prius ſubijciam
56 illud Hiero.in Iſa.lib.8.cap.28.† Abſq; Dei miſericordia nihil medendi artem valere. Deo enim rerũ omniũ ſtatus, ſalusq; tribuenda
57 eſt. Auguſt.de moribus Eccleſ.cap.28.& à quibus † muneribus medici ſint immunes. eſt tex.cum glo.in l.medicos.C.de prof.& medi. lib.10.

58 lib. 10. Vtrumque consequantur salarium pro † morbo incurabili docet Antoni.in 3. par. Summæ tit. 7. cap. 2. §. 6. & affirmatiuè concludit, cum indicarunt morbi qualitatem. alia de salario ipsorũ habentur infra cap. 49. & circa officium Medici spiritualis refero me ad Graff.in decis. suis par. 1. cap. 26. per tot.

RVBRICA XXXXIIII.

De remedijs ad sanitatem, licitis, reprobatisq;

S V M M A R I V M.

1 *Superstitio quid sit. & nu. 4. & 5. & 6. cuius sunt quattuor species nu. 7.*
2 *Superstitiosi vnde dicti.*
3 *Religiosi a relegendo dicti.*
8 *Dæmon quo pacto tacitè inuocetur. à quo morbi sanari possunt, sed non omnes & cur. nu. 11.*
9 *Remedia quæ sint superstitiosa, & illicita, & quæ fiunt ab imperitis medicinæ talia vident. nu. 10.*
12 *Vita à Dęmone non potest protrahi ad octingentos annos, & quare.*
13 *Maleficos consulere pro morbi liberat. ius ciuile permittit, sed non ius Canonicum nu. 14. limita, vt nu. 15.*
16 *Maleficia soluenda sunt per opera pia. & nu. 35.*
17 *Responsum notabile Sancti Ilarionis mulieri cæcę.*
18 *Spes quæ in medicis ponenda.*
19 *Christi verba notatu digna ad S. Brigitam circa vsum medicinarum.*
20 *Medicis non vti quando possemus, & nu. 24.*
21 *Furiosus an præsumatur non vtens medicis.*
22 *Aurelianus Imperat. medicis vsus non fuit, neq; Petrarcha nu. seq.*
25 *Iudęos medicos an adhibere valeamus.*
26 *Sacra an tangi possint pro liberat. morbi.*
27 *Oleo Sancto membra ægrotantia an possint inungi. & nu. 28.*
29 *Coniugalis actus vtrum possit ordinari ad remedium morbi. & quid de alio coitu num. seq.*
31 *Ludoui. Franc. Rex maluit mori, quam se à morbo liberare per coitu illicitũ.*

32 Sanitatis

32 *Sanitatis conſeruatio quo pacto ſit procuranda.*
33 *Aquæ benedictæ effectus plurimi.*
34 *Breuia an pro ſanitate deferri poßint.*
36 *Deus corpus & animam ſanat eodem tempore, & ſine eo non eſt quærenda Salus. num.ſeq.*
38 *Eccleſiæ intentio quæ ſit cum Deum precatur, pro auertendis morbis.*
39 *Proceßiones pro morbis auertendis generales ſunt.*
42 *Beatus qui à Deo corripitur.*
43 *Deus quando dicatur ab Infirmis tentari.*

CAPVT XXXXIIII.

ANTEQVAM declaremus, quæ remedia ad ſani-
tatem permiſſa ſint, & quæ ſuperſtitioſa, præmitten-
1 dum eſt ſuperſtitionem † eſſe vitium religioni op-
poſitum, nam veteres (teſte Cic. de nat. Deorum) ſu-
2 perſtitionem à religione ſeparauerunt † qui enim to-
ta die precabantur, & immolabāt, vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent.
ſuperſtitioſi ſunt appellati, qui autem omnia, quæ ad cultum Diui-
num pertinerent, diligenter tractarent, & tanquam relegerent, à re-
3 legendo † dicti ſunt religioſi, & habentur in can. illud 26. quæſt. 2.
varia ſuperſtitionis exempla, referunturq; verba Auguſt. dicentis,
4 ſuperſtitioſum eſſe † quicquid inſtitutum eſt ab hominibus ad fa-
cienda, & colenda idola pertinens, vel ad colendam ſicut Deum
creaturam, partemuè vllam creaturæ, vel ad conſultationes, & pacta
quædam cum Dęmonibus. & nouiſſimè Petrus Binsfeldius Cano-
nū, & Theologiæ Doctor in tract. de confeſſ. maleficorum, cat. 160.
5 docet, ſuperſtitionem † eſſe peccatum contra primum præceptum
Decalogi, quo præcipitur religio, ad colendum Deum debito mo-
6 do. per ſuperſtitionem † autem induci homines ad reddendū Deo
cultum pernicioſum, vel ſuperfluum, ſeu ipſi creaturæ. & quatuor
7 ſuperſtitionis ſpecies † eſſe dicit, poſt S. Tho. 2. 2. q. 92. art. 2. nempe,
Idolatriam, Diuinationem, indebitum Dei cultum & vanam obſer
8 uantiam, in qua † aſſerit ſemper tacitè inuocari Dæmonem, cum
cauſſæ, vel media ſumuntur ad effectus producendos, quæ nec na-
tura, nec eccleſiaſtica inſtitutione ſunt ordinata ad tales effectus, &
idem

idem pag. 168. dat quinque regulas, quibus dignoſcitur, an aliquid ſit ſuperſtitioſum, vel non; & Grillan. in tract. de ſortil. q. 6. nu. 22.
9 oſtendit remedia † illa dici ſuperſtitioſa, & illicita, quæ in medicina non ſunt fundata, & effectus naturales operantur, & ad hoc tendūt omnes ligaturæ, nodi, characteres, & ſimilia enumerata in citato ca.
10 illud. quibus, † vt plurimum, vti ſolent vetulæ, & artis medicæ rerumq; naturalium imperiti, qui morbos ſanare profitentur, & ſæpè
11 Dæmonum auxilio ſanāt. certum enim eſt hoſce † multos morbos ſanare, quibus nulla Medicorum ſcientia mederi valuit, ſed non omnes, teſte d. Binsfeldio vbi ſup. car. 245. ratio eſt, quia vtūtur cauſſis naturalibus, quibus non omnes morbi curantur, maximè ſene-
12 ctutis, vnde infertur, Dæmones † non poſſe vitam hominis protrahere ad octingentos annos, vt olim homines viuebant, quia per intemperantiam natura hominum, & complexio eſt valde debilior, & cœlum non ita ſalubre, resq; naturales non tanti vigoris, & virtutis; vt latius explicat ipſe Binsfeldius eo loci, & ſeq. pag. 247. ex
* communi Theologorum ſententia, docet, non licere ad maleficos
13 accedere pro ægroti liberatione, nā quamuis † iure Ciuili videatur permiſſum l. eorum vbi Bart. & alij. C. de malef. & mathemat. & tales vtentes maleficijs ad ſanandum ægros non puniri, probat Farin.
14 quæſt. crim. 20. nu. 95. tamen † de iure Canonico ſecus eſt. c. admoneant. 26. q. 7. Abb. c. 2. de ſortil. Turre crem. viden. in c. ſi per ſortiarias. 33. q. 1. Nic. Arlet. de Hæret. not. 44. Grillan. vbi ſup. q. 2. & ſeq. Nauar. in Manu. confeſſ. cap. 11. nu. 29. Farin. d. nu. 95. & ſeq. Hiero.
15 Mengus in ſuo libro inſcripto, Fuſtis Dæmonum, per tot. vbi † non videtur improbare acceſſum ad maleficos pro ſanitate recuperanda ex facturarū deſtructione, omni vana obſeruatione remota, ſi enim maleficium abſq; inuocatione Dæmonis tolli poſſet per vnguentorum remotionem, ſignorumuè, non eſſet illicitum procurare eius diſſolutionem. vt per Binsfel. vbi ſup. cart. 247. qui addit, melius eſſe
16 † maleficia ſoluere per opera pia, vt per exorciſmos, ſacramenta, orationes, ieiunia, & ſimilia. hinc Eccleſ. 38. in tua infirmitate ne deſpi-
17 cias te ipſum, ſed ora Dominum, & curabit te, & cum cæca † mulier expoſuiſſet Beato Ilarioni (teſte Hiero. in eius vita) ſe omnem ſubſtantiam expendiſſe in Medicis, ei reſpondit, ſi dediſſes pauperibus,
18 curaſſet te verus Medicus Chriſtus; vnde colligo, nos † non debere omnem ſpem in Medicis ponere, nam Aſa Rex Iuda obiurgatus

fuit

fuit ob hanc caussam. 2. Paralip. 16. Sulp. Seuerus sacræ Hist. lib. 1. & Lud. Blosius in monili spirituali, relatus à Iod. Lorich. in lib. De pia
19 humani corporis cura cap. 15. ait, Christum † aliquando dixisse ad S. Brigitam hæc notanda verba: Multi electorum meorum, medicinis carnalibus vsi nō sunt, & hi mihi fuerūt accepti: alij verò iuxta locorum, temporum, & infirmitatum exigentiam adhibuerunt sibi medicamenta; & hi quoq; non displicuerunt, quia hoc fecerunt ad honorem meum, vt mihi melius seruirent. Intellige tamen
20 † nos posse nō vti Medicis, quando est timor alicuius lęsionis, sed non notabilis. vi. Syl. in ver. Medicus, nu. 7. in fi. vbi probat mortaliter peccare, qui in notabile nocumentum facit contra Medici præ-
21 ceptum: & gloss. art. c. 1. 83. dist. in ver. inferas, in fi. † præsumi furiosum, qui non vult medico obtemperare. quod dictum declarat Alci. de præsump. reg. 1. pręsump. 38. in fi. habere locum in recusante propter furorem, aliàs multos Sapiētes furiosos fuisse dicere cogeremur,
22 cum † Aurelianus Imperator ægrotans nunquam medicum vocauerit, sed inedia curabat se. teste Sabel. lib. 7. Ænead. 7. & Petrarcha
23 † Medicorum consilia spreuerit. vt dicit Hier. Squarzaficus in eius vita, ne alia exempla referam, ex quibus non sequitur Medicinam esse spernendam, cum à Deo propter necessitatem creata fuerit. Ec-
24 clesi. 38. ideo in † morbis periculosis Medici approbati vocādi sunt, qui secundum regulas Medicinæ artem exerceant, & sacrorum ca-
25 nonum decreta, qua propter † Medicos Iudęos impunè vocare non possumus. c. nullus. 28. q. 1. vbi Turre crem. declarat; & Thab. in ver. Medicina nu. 17. & Gigas Ciuis, & coniunctus meus, cons. 28. nu. 5.
26 Sed quærò an † liceat Infirmo pro sui liberatione sacras res tangere? & licere dicunt Gemin. & Præpos. in c. ad eius per illum tex. dist. 5.
27 & subdit Præpos. ex hoc inferri, vt † patiens morbum valeat, vt sanetur, intingere Oleo Sancto. arg. c. 1. de sac. vnct. sed ait contrarium sentire Gemin. in c. his igitur 25. dist. qui hoc non dicit, immo per illum tex. affirmat non esse prohibitum ponere guttam Chrismatis ad sanandum morbum, quod non placet Præpos. vbi sup. per reg. semel Deo; de reg. iur. in 6. & gloss. in c. placuit, vt nullus. 1. quæst. 1.
28 pro concordia † posset distingui cum Syl. in verbo, Oleum, in fin. vbi putat non licere, nisi pro re magna, & ardua, & per Episcopum, vel alium, de licentia Papæ, quia aliter esset irreuerentia magna, si
29 passim fieret; sed an † actus coniugalis possit ordinari ad remedium morbi,

morbi,& nō posse absq; veniali peccato,dixit Turr.crem. in c.quic-
30 quid,vers. quinto potest. 32.q.2. coitus † autem cum non coniuge
* penitus est illicitus,etiam ad vitandam mortem.ex commu. Viu.de-
31 cis. 323.nu.18. lib.2.vbi laudat † Ludouicum Francorum Regem,
qui mori maluit,quam ita se à morbo liberare. Ratio est, quia quá-
32 uis † intendere sanitatis conseruationem non sit per se malum, ta-
men intentio mala efficitur,cum ex aliquo sanitas intenditur,quod
non est ad sanitatem principaliter ordinatum,sicut si ex Sacramen-
to Baptismi sola corporalis salus quæreretur. vt dicit Card. à Turre
crem.in loco citato,& idem in c.aquam de consecra.dist.3. inter de-
33 cem † effectus aquæ benedictæ,salutare remedium esse dicit contra
34 ægritudines,& in cap.qui sine 26.q.2. docet † quando pro sanitate
possint deferri ad collum suspēsa Diuina verba, ad quem me refero,
& D.Tho.2. 2.q.96.art.vlt. Nauar.de horis Cano.c.6.in fi. Fratrēq;
Ludouicum Lusitanum Ord.Erem.in 24.casu consci. Item cum ex
animæ infirmitate cōtrahatur morbus in corpore, optimum reme-
35 dium est pro ægrotis † quam primū eos morbus inuasit, Sacerdoti
peccata confiteri,vt ita cessante caussa cesset effectus. Abb. in c.cum
infirmitas,extra de pœnit. & remis. nemoque, qui in Domino spe-
36 rauit cōfusus est. Eccles.2. Deusq; † vno, eodemq; tempore animá,
corpusq; sanat,& salus corporalis vtilis est,cum ad spiritualem ordi-
natur;pulchrè Card.à Turr.crem. de pœn.dist.5.& dicit tex.in c.qui
37 sine 26.q.2. sine † Saluatore,salutem nō esse quærendam,aliàs ęger
in ægritudine assiduá laborabit; vt ibi dicitur; ideo cū Ecclesia Deū
38 precatur, vt pestem, morbosq; auertat † nil aliud intendit (vt dicit
Episc.Benzon. de fuga lib.1.q.7. pag.115.vers. nec pijs mentibus.)
nisi,vt peccatores illuminentur,& peccata fugiant; vnde subdit; Vt
mortalia corda cognoscant, te indignante talia flagella prodire, &
te miserante cessare,& dicit Abb.in c.nimis praua,nu.9. extra de ex-
39 cess. prælat. In † talibus processionibus pro morbis auertendis, om-
nes clericos, & religiosos conuenire debere, secus si fierent ex caussa
non ita graui.vi. Aufrerium in addit.ad Cap.Tholos.q.484.vbi quę-
40 rit, † quid de exemptis per Papam: nec te fugiat olim fuisse in tem-
pli Salamonis vestibulo librum remediorum cuiusuis morbi,quem
41 † Rex Ezechias sustulit, quòd populus neglecto Deo, nec inuoca-
to, sanationem inde peteret. vt Suidæ testimonio docet Petr. Greg.
in Syntax.artis mirab.lib.28. cap.7. in fin. Item memoriæ manda,

42 quod habetur Iob.c.5.vbi dicitur, Beatus † homo, qui à Deo corripitur, quia ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanant.
43 & Prouerb.cap.7.dicitur. Honora Dominum, & valebis. Scias † tamen infirmum dici Deum tentare, ideoq; peccare, qui volens sanari recusat medicinas, & media naturalia, ex Toleto de instruct.sacerd. lib.4.cap.19.

RVBRICA XXXXV.

Promissio facta Deo pro sanitate an teneat.

SVMMARIVM.

1 *Votum Deo factum cum oblatione non obligat, nisi verificata conditione, immo ea verificata nec etiam secundum Innocentium, & quare. Sed cōtra per multas rationes nu.6. quæ opinio tenenda est, & communiter recipitur etiam à Theologis nu.8. sed prima est magis honesta, vt liberaliter fiat Deo oblatio, pro sanitateq; demum oretur.nu.2. & 10.*
3 *Socrates humanæ sapientiæ oraculum, quid à Deo petendum censuerit.*
4 *Infirmi non debent conqueri cum à Deo non exaudiuntur.*
5 *Murmurare quare non debeat, qui mala patitur.*
7 *Homines omnes sperant pro bene gestis remunerationem à Deo.*
11 *Simonia non committitur ab eo, qui in necessitate constitutus pecuniam dat pro spiritualibus.*
12 *Sancti viri pro sanitate orauerunt.*
13 *Oratio bona est cum ieiunio, & elemosyna.*

CAPVT XXXXV.

NVNC se nobis pulchra quæstio offert, An pro sanitate possimus Deo aliquid polliceri, putà, Si filius meus à morbo liberabitur, Domino offeram tale pallium, vel ibo ad S. Iacobum; quam ponit Innoc.
1 in princ.c.scripturæ extra de voto, dicitque † nō obligare, nisi extiterit conditio.i.filij liberatiò, immo etiam ea verificata, putat, rectorem loci, cui facta est promissio oblationis, non posse agere

agere ex ea, vti illicita, quia Simoniacum esse dicit intendere à Deo, vel Sanctis emere sanitatem. c. studeat. 1. q. 1. vnde subdit, quemque
2 † debere liberaliter Deo offerre, & postea rogare pro sanitate, vel alia prosperitate, qui cum summo nos amore prosequatur. glo. in c. principium, in verbo, venia, de pœnit. dist. 2. sanitatem concedet,
3 aliàsq; prosperitates, si expedire nobis eas iudicauerit. Ideo † Socrates humanæ sapientiæ quasi quoddam terrestre oraculum, nihil vltra petendum à Dijs censuit (Platone, & Valerio Maximo testibus) quam vt bona darent, quia ij demum scirent, quid vnicuique vtile esset, nos verò plerumque expetimus, quod non impetrasse melius
4 esset, nec † ægroti conqueri debent, cum à Deo non exaudiuntur, sed patienter sustinere, & memoriæ mandare hæc Isidori verba de
5 summo bono lib. 3. Discat † non murmurare, qui mala patitur, & si ignorat, cur patitur, per hoc se iustè pati arbitretur, quia ab illo iudicatur, cuius nunquam iniusta iudicia sunt.

6 Verùm pro † contraria sententia contra Innoc. multæ rationes adducuntur ab Abb. in d. c. scripturæ, nu. 5. vbi post Hosti. dicit, votũ valere, nec esse Simoniacum, quia omnia sunt Dei, & sic non datur proprium pro sanitate, ergò cessat Simonia, quæ sine expresso pacto non committitur, & cum Deo nullum pactum interuenit, sed solũ
7 pollicitatio, & si mentalis attendatur, vix † est homo, (dicit Abbas, & ante eum Archidia. in c. scimus, circa fi. 12. q. 1.) qui pro Deo aliquid faciat, & non speret remunerationem, quam ipse promittit secundum opera se redditurũ. Matth. 25. ideo ne tota Christianitas, quæ in hisce, similibusq; votis versatur, Simoniaca sit, hæc vltima
8 opinio tenenda † est cum Abb. vbi supra, vbi Apostil. dat concordantes Ant. Archidi. Io. de Lign. & Hostiẽ. & dicit Archidia. Theo-
9 * logos communiter hanc opinionem sequi, & † ab vniuersali Ecclesia receptum est (vt post Theodoretum citatũ per eum, dicit Pet. Binsfeld. de confes. malef. fol. 164.) in templis obtenta sanitate oculorum, pedum, aut manuum, simulacra suspendi ex auro, argento, cera, seu alia materia ad gloriam Dei, & Sanctorum, adeptæq; sani-
10 tatis testimonium. Subdit tamen Archidia. in d. c. scimus, † magis honestum esse primæ opinioni adhærere, simpliciter quippè, & liberaliter Deo offerre, & postea pro sanitate rogare, sed qui secus agit nõ peccat, neque Simoniam committit, præsertim cum morbi necessitas vrget, nam Abb. cap. 9. nu. 5. in fi. extra de Simonia, probat,

11 ab eo, † non committi, qui necessitate coactus pecuniam dat pro spiritualibus. & contra sententiam Socratis specificè pro sanitate
12 † orauerunt sancti viri, vt Tobiæ cap. 8. vbi Tobias, & vxor sic preces porrigunt. miserere nobis Domine, & cõsenescamus ambo pa-
13 riter sani, & c. 12. dicitur, bonam fieri orationem † cum ieiunio, & elemosyna. Olimq; sacrum pro populi salute in cõsulis domo quotannis fiebat. teste Mureto var. lect. lib. 19. cap. 11.

RVBRICA XXXXVI.

De officio custodis Infirmi.

SVMMARIVM.

1 *Custodes omnes diligentes esse debent, præsertim Infirmorum, alias damnantur nu. 2. morsq; eis imputatur nu. 3. & peccant nu. 4. debentq; medico, non Infirmo obedire nu. 5. & quando irregulares fiant nu. 6. remissiuè. Et qui eligendi sint nu. 7. cum sequentibus. Et quæ sint eorum partes nu. 11. quibus consilium datur nu. 13. eorumq; off. Deo gratissimũ nu. 14. Angelosq; in solicit. imitari debent nu. 20. non dormire nu. 22. & hac ratione à ieiunio excusantur. num. 25. item ob id plures debent custodes constitui. nu. 27. anq; vnus pro alio teneatur. nu. 29. & pecunia comparati ad exactam diligentiam obligantur. nu. 30. & in specie carcerum custos nu. 31. cui datur cautela num. 32. & apponens custodem de eius culpa tenetur num. 34.*

8 *Æger ingemiscit, vbi non est mulier.*

9 *Tyrones non sunt apti custodes.*

10 *Faceti sunt apti custodes ægrotantium.*

12 *Inuitus quis potest extrahi de domo ruitura.*

15 *Humilitas ostenditur ex sumptione curæ Infirmorum, & charitas augetur.*

16 *Angeli boni sunt magis solliciti pro salute, quam dæmones pro interitu, quia gaudium quoddam accidentale sumunt, mali pœnam maiorem accidentalem nu. seq. & quisq; habet angelum bonum custodem, & malum ad exercitium num. 18. sed cur bonus non prohibet malum, ne tentatione hominem superet. num. 19.*

21 Operæ

23 Operæ necessitatis tempore etiam de nocte præstantur.

24 Populi custos debet esse diligens, sed an tenetur se exponere morti. ibi remiss.

26 Somnus ad vitam necessarius.

28 Romani quo pacto militares vigilias disponerent.

33 Seruientes infirmis mercede non constituta an illam petere possint.

35 Licentia apponentis custodes requiritur, vt illi recedere queant.

36 Medici non possunt de Ciuitate recedere absque licentia Priorum. quæ non debet concedi sine magna, & vrgenti causa, & cur. num. seq.

38 Sacerdos parochialis non debet recedere sine magna caussa, & quæ sint eius partes erga Infirmos remissiuè.

CAPVT XXXXVI.

NON solum Infirmi opera Medici indigent, sed etiam
1 diligentis Custodis: & si in quouis † custode diligentia, & solicitudo requiritur. cap. 2. extra de off. custo. in custode infirmi vel maximè, cui res preciosissima cōmittitur, nempe salus languentis. vt dixi sup. c. 42. in princ. quæ incautè ac temerè non est custodienda, quocirca
2 † non parum ij damnandi sunt, qui dum custodire ægrotos debēt, eos cum vitę periculo solos relinquunt, qui ita derelicti arbitrio voluntatis suæ edunt, bibunt, aliaq; contra Medici præcepta commit-
3 tunt, ex quibus mors sequitur, † quæ ipsis custodibus imputanda est. ad not. in c. ad aures extra de æta. & qualit. & tunc præcipuè cum ipsimet custodes ea subministrant, quæ nocumentum infirmis af-
4 ferunt. quos peccati † reos esse comprobauit Tiraq. de Nobil. c. 31. nu. 397. scilicet cum ex certa scientia, vel ex crassa ignorantiā ministrauerunt. Flor. in l. item si obstetrix nu. 1. ff. ad l. aquil. Graff. in suis
5 decis. casuum consci. lib. 2. cap. 66. par. 1. nu. 7. vbi subdit, † tales ministros teneri Medico obtemperare, & non Infirmo, qui etiam pec-
6 cat, si Medico non obtemperat. vt per eundem ibi nu. 8. & † quādo hi custodes irregulares fiant docet Specu. de dispens. §. iuxta nu. 13.
7 Qua propter ij ad curam ægrotantium adhibendi sunt, qui † Medicorum præcepta, & ordines exequi velint, & possint; & vsus docet
8 mulieres admodū idoneas esse: facit illud Eccl. 36. vbi non est † mu-
9 lier, ingemiscit æger. Tyronibus † verò non puto huiusmodi curam

committi

committi debere.arg.l.fi.ff.de cuſt.reorum,ſed expertis,vir enim ex-
10 pertus multa cogitabit.Eccleſ.34.item † talis cura credenda eſt face-
tis,ipſiſq; laborantibus gratis,quorum conſuetudo non ſit reproba-
11 ta,vt hæreticorum eſt, cap.filij hæret.in 6. Et † ipſorum cuſtodum
partes erunt erga infirmos manſuetudine vti, non auſteritate, arg.
tex.in c.recedite,45.diſt.verbisq. blandis potius, quam metu ægros
inducent ad obſeruandum præcepta Medici,licet Infirmi etiam in-
uiti curari poſſint.gloſſ.not.in verbo, inferas, in fin.diſt.63.in prin.
12 ſicut † inuitus quis poteſt, vt euadat,de domo ruitura extrahi.c.ipſa
13 pietas.23.q.3.recteq; † munus ſuum Cuſtodes exequentur,ſi erunt
memores verborum Apoſtoli. 1. ad Cor.9. Factus ſum infirmis in-
firmus, & 2. ad Cor.12. Quis veſtrum infirmatur,& ego non infir-
14 mor? vt etiam ſi conſiderabunt, † officium ipſorum Deo gratiſſi-
mum eſſe; nulla quippe eſt virtus, quæ cum hoc opere coniuncta
eſſe non poſſit, cum diuiti ſit occaſio liberalitatem exercēdi, amico
15 fidelitatem,ſapienti conſilium,pauperi miniſterium;ita † humilitas
oſtenditur,charitas augetur,omniumq; virtutum exercendi anſa tri
buitur.vt docet Iulius Roſcius de operib. miſeri. corpo.explic.5.vbi
alia multa ad hanc rem colliges. Et Cyprianus Guidus Ordi.Prædi.
in ſuo Speculo Quæſt.peregri.cap.2.decade.2.inter multas rationes
16 adductas, quare † Angeli boni magis ſollicit ſint cuſtodes pro ho-
minum ſalute,quam Dęmones pro interitu,hanc ponit,quod circa
cuſtodiam magis ſollicitus ille eſt, qui ex illa bonum conſequitur,
17 quam qui malum:& quia † Angeli boni ex bonorum cuſtodia gau-
dium quoddam accidentale conſequuntur; mali verò ex peccato
malorum pœnam maiorem accidentalem, merito &c. Et hac occa-
18 ſione ſcias, quod ſicut † vnicuiq; homini ab ortu natiuitatis ad tu-
telam, & cuſtodiam deputatus eſt bonus Angelus, ita ad exercitiū
malus.vt amplè ex ſacris litteris oſtendit Petrus Binsfeldius de conf.
19 malef.prælud.17.car.186.vbi ad quęſitum,cur bonus † non prohi-
bet malum ne hominem tentatione ſuperet, dicit, id non proueni-
re defectu Angeli boni, ſed hominis non acquieſcentis conſilijs, &
ſuggeſtionibus Angelicis,& ex Diuina iuſtitia permittente propter
20 demerita cuſtoditi. ſed ad cuſtodes Infirmorum redeundo, eis † cō-
ſulo,vt in cuſtodia bonos Angelos imitentur, cum omni ſollicitu-
dine munus ſuum obeant, alias ægros negligere dicerentur. ad tra-
dita per adden. conſil. crimin. Bertaz. 406. num, 15. lib.2.Medici
etenim

21 † etenim poſtquam ordinauerũt regimen, & modum viuendi, non
tenentur cõtinuè aſſiſtere. Fel. in c. tua nos, circa fi. extra de homici.
22 ſed bene † ipſi cuſtodes die, noctuq; iux. illud ſacrum, Ecce nõ dormitabit,
nec dormiet, qui cuſtodit Iſrael. vnde ſcripſit Bal. in rub. C.
23 de op. liber. neceſſitatis † tempore, etiam de nocte operas præſtãdas
24 eſſe. & in c. oportet diſt. 81. dicitur, debere eos, † quibus cura populi
commiſſa eſt, cum magna animi conſtantia ſuper commiſſas oues
vigilare, ſed an cum periculo mortis ad id teneantur, docet Corradus
in reſp. caſ. conſci. quæſt. 216. per totam. Et propter tot labores,
25 † qui à Cuſtodibus ſuſtinentur ſumma cum ratione factum eſt, vt
à ieiunio excuſentur. vt dicit Med. de Inſtruct. confeſ. ad 3. præcept.
26 Decal. §. 10. in fine. Et cum vigilare teneantur, ſomnusq; ſit † ad vitam
neceſſarius, nec ſine illo viui poſſit. vt probaui in meo tract. de
27 Ludo Scacch. q. 1. princ. nu. 29. & ſeq. † non vnus, ſed plures ſunt
ægroto comparandi cuſtodes. arg. l. fi. ff. de cuſto. reorum; itaq; diſponendi,
vt vnus ſaltem ſemper ſuperſit, qui pro ęgroto vigilet. vtq; de
28 Hiſtoricis diſcimus, veteres Romani † militares vigilias diſponebant
in quaterna horarum ſpatia, ita vt prima, ſecũda, tertia, & quar-
29 ta, vigilia diceretur. An † autem diſpoſitis cuſtodibus vnus de culpa
alterius teneatur. vi. Iaſ. in l. 1. §. is videtur. ff. ſi quis iuſdi. non ob-
30 temp. Et cuſtodes illi, qui pecunia † comparati ſunt, ad exactiſſimã
cuſtodiam obligantur, ita vt leuiſſimæ culpæ obnoxij ſiant. notatur
in l. qui mercedem. ff. loca. Bertaz. conſ. 7. num. 26. lib. 1. crim. vnde
31 † cuſtodes carcerum captos ſolertiſſimè cuſtodire debent, & curare,
ne in carceribus moriantur. l. fi. ff. de cuſto. reorum. Lucasq; de Pẽna
in l. cũ ſæpè, nu. 7. C. de erog. mil. anno. lib. 12. affirmauit, cautè agere
32 † illos cuſtodes, qui cum captos ægrotare intelligunt, proteſtantur,
33 nulla ipſorum culpa contingere. Sed an † qui ægroto inſeruiunt
nulla ſibi conſtituta mercede, eam ſibi petere poſſint. vi. Nattam
34 conſ. 376. per totum. De culpa autem cuſtodis † nedum cuſtos tenetur,
ſed qui eum appoſuit. ad tradita per Florianum in l. ſi ſeruus cõmunis.
§. ſi fornicarius per illum tex. ff. ad l. Aquil. & propterea idonei,
& diligentes ſunt apponendi per eos, quorum intereſt. ad tradi-
35 ta à Franc. Mar. q. 834. part. 1. An autem † poſſint cuſtodes recedere
de Ciuitate abſq; licentia apponentis ſalarium præſtantis? non poſſe
36 exiſtimo, ſicut Medici ſalariati † non poſſunt recedere de Ciuitate
absq; licentia Priorum. Bal. in l. ſi quis Decurio. C. de Decur. lib. 10.

& licentia

37 & licentia † eis non debet concedi sine magna, & vrgenti caussa, quia, vt dicit Bal. in l. ædem nu. 8. in fi. C. locati, vnus casus potest tã-
38 tum valere, quantum mille. Idem dicendum est de † Sacerdote Parochiali per rationis identitatẽ vi. in 2. part. verbo Sacerdos. & quæ sint partes illius erga Infirmos latissimè docet Graff. in dec. suis par. 1. c. 26. per tot. ad quem me refero.

RVBRICA XXXXVII.

Custodes pro ægroto comparare ad quos pertineat.

S V M M A R I V M.

1 *Mortem ægris videtur infligere, qui, cum potest, eam non prohibet.*
2 *Natura inter homines cognationem quandam constituit.*
3 *Humanum est infirmis subuenire.*
4 *Humanitas qualiter conseruetur.*
5 *Opus misericordiæ est cura infirmorum.*
6 *Benefacere illis, cum quibus nulla est coniunctio, maximæ laudis est.*
7 *Beneficium collatum in consanguineum, vel amicum cur non magnam laudem mereatur. & maioris laudis sit collatum in alienum nu. seq.*
9 *Loca, vbi sunt ægroti, ad curam eorum tenentur.*
10 *Ægyptij stipendia ex publico Medicis concedebant, & victum.*
11 *Honor est Ciuitatis, vt ægri curentur.*
12 *Nosocomia quid sint.*
13 *Hospitalia, vt pro infirmis curandis ædificentur, dominus cogitur vendere aream.*
14 *Collectam soluere recusantes pro salario Medicorum impositam, prætextu priuilegij, reprehenduntur, & cur. & talis collecta non potest in alios vsus conuerti. nu. 15. & exactores id facientes pœnam merentur nu. 16.*
17 *Principes cum habeant omne imperium, & potestatem, tenentur Medicos comparare nu. 18. & sunt Dei simulacrum nu. 20.*
19 *Pontifices debent infirmis subuenire.*
21 *Cura comparandi custodes pro infirmis regulariter personis certis competit, & ijs, qui ad successionem vocantur nu. 22. & qui alere tenentur nu. 23.*

Militumq;

Militumq; Tribuno. num.35. & in subsidium cuilibet. num. 36. intell. vt num. seq.

24 *Alimenta qui teneantur præstare remißiuè, quorum appellatione veniunt expensæ pro infirmis nu.25.*

26 *Domini debent curam seruorum ægrotantium suscipere, & si ab alijs sumitur datur contra eos actio neg. gestorum num. 27. & negligentes domini puniuntur nu.28.*

29 *Filij negligentes patres infirmos eorum successione priuantur. & filia si à patre ægroto ad malum solicitatur an poßit eum deserere.nu.31.*

30 *Medicum non adhibere, vel malum, paria sunt.*

32 *Serui debent sumere curam dominorum ægrotantium etiam post libertatem obtentam.*

33 *Paria sunt occidere, & infirmum negligere.*

39 *Vitæ periculum à quibus sit subeundum, vt ægrotis ministerium præbeatur, & nu. seq.*

41 *Ministerium infirmorum potest per pœnitentiam iniungi.*

42 *Merces non potest denegari ministris infirmorum, quam si nemo offert, & vrget periculum, opera tamen est præstanda.nu.44.*

43 *Gratia vltra mercedem habenda est medicis, & ministris ægrotantium.*

45 *Medici, quando nemo soluit mercedem, & instat periculum, proprijs expensis, tenentur curare, sed possunt repetere, etiam morte secuta. nu.47.*

46 *Iudex summariè tenetur prouidere, vt merces medicis soluatur, ministrisque ægrorum.*

48 *Salarium medicorum an à Domino loci, vel subiectis soluendum. remiß.*

49 *Lex impediens præstari ministerium infectis an valeat.*

50 *Opera conducta ad seruiendum ægroto non potest inuita alij concedi.*

CAPVT XXXXVII.



VM vnicuique Deus mandauerit de proximo suo,
1 Ecclef. 17. mortemq; languentibus † videatur infligere, qui cum potest, eam non prohibet. 83. dist. in princ. omnium interesse videtur custodes ægrotis
2 comparare: natura † enim inter homines cognationem quandam constituit. l. vt vim. ff. de iust. & iur. ideo humanũ est
3 † Infirmis subuenire, teste Bal. in l. si cui. ff. ex qui. cau. maio. quá hu-

P manitatem,

manitatem, si homines vocari cupimus, seruare debemus. conser-
4 uare autem humanitatem † quid aliud est, quam hominē diligere,
eiq; prodesse? ægros igitur, quibus defuerit, qui assistat, curandos, fo-
uendosq; suscipere summæ humanitatis est, & qui facit, viuam ho-
stiam Deo acquirit: vt dicit concinnè Lactan. Firmian. Diui. Instit.
5 lib. 6. cap. 12. vbi inter † opera misericordię curam huiuscemodi nu-
6 merat; & subiungit, maximæ laudis † esse, ijs benefacere, cū quibus
7 nulla coniunctio est: nam † qui beneficium confert in consangui-
neum, & amicum, aut nullam, aut certè non magnam laudem me-
retur, quia tenetur; sitque impius, ac detestabilis, ni faceret id, quod
8 ab eo Natura ipsa, ac necessitudo exigit: qui autē † benefacit alieno,
& ignoto, is verè laude dignus est, quoniam vt faceret, sola ductus
est humanitate, hæc Lactan. ex cuius sententia colligere possumus
ad quemlibet pertinere curam infirmorum suscipere, & custodes il-
9 lis parare; quinimo Ciuitates ipsæ, † & loca, in quibus extant ęgro-
ti, ad talem curam teneri videntur, vnde Ægyptij sapientissimi ho-
10 mines † stipendia, victumq; Medicis ex publico concedebant, teste
11 Tiraq. de Nobilitate cap. 31. ad Ciuitatum † enim, & locorum ho-
norem redundat, quod ægri curentur. arg. l. Ciuitatibus. ff. de leg. 1.
12 ideo passim videmus † Nosocomia, idest Hospitalia pro infirmis.
gl. in l. illud. C. de sacros. Eccles. Lancel. Instit. Cano. tit. de Religio-
sis domibus, vbi comprobat, huiusmodi Hospitalia religiosa dici:
13 pro eisq; ædificandis † cogi posse Dominum areæ ad vendendum
eam, firmauit Ripa de remed. ad curandam pestem nu. 11. & 12. cū
Reipublicæ intersit homines conseruari. l. cum ratio. §. penult. ff. de
bon. damnat. ideo quisque tenetur ad collectam pro salario Medici
impositam: vt congerit Caroc. de locato, rub. de Medicis, q. 11. vbi
14 exclamat † contra eos, qui circa eam prætendunt priuilegium, sub-
dens nullam mercedem debere esse tam voluntariam, quam istam,
15 quia caussa est necessaria, vnde † talis collecta non potest in alios
vsus conuerti, ex Bart in l. 3. C. de his, quæ ex pub. collat. lib. 10. & in
16 l. vnica. C. de expen. pub. ludorum, lib. 11. sed exactores † Cōmuni-
tatum hoc malè obseruant, contra quos Principes deberēt animād-
17 uertere, & quia † in ipsos Principes omne imperiū, & potestas trans-
lata est. l. 1. ff. de constit. Princ. & multis in locis omnibus publicis
18 prouentibus gaudent, ad eos † cura comparandi Medicos, vti perti-
nēt, ita & custodum infirmorum pertinere videtur. arg. c. præcipi-
mus,

mus, iuncta glos. dist. 90. & c. 1. & 2. dist. 82. & c. defensionis 87. dist.
19 vbi dicitur, † Pontificem eis subuenire debere, qui suis actibus pro
eorum infirmitate adesse nequeunt, & Castell. noster de offic. Regis
20 lib. 3. c. 27. affirmauit, † Principē simulacrū esse Dei, oīa gubernātis.
Verùm supradictis sequētia obstare videntur, ex quibus apparebit,
21 curam † cōparandi custodes, & ministros pro infirmis, non ad om-
nes pertinere regulariter, nisi fortè in subsidium, sed restringi ad cer
22 tas, & in iure determinatas personas, & præsertim † ad eos, qui ad
hæreditatem infirmi vocantur, qua priuari constat, si talem curam
neglexerunt, & infirmum derelinquerunt; ex congestis per Rolan.
23 de lucro dot. q. 66. nu. 3. item † talis cura eorum est, qui ad præstan-
dum alimenta tenentur. ex Bart. in l. legatis nu. 2. ff. de alimen. lega.
24 (hi, qui nam sint † colliges ex Specul. tit. qui filij sint legit. Rolan.
cons. 5. lib. 3. & plenius ex Surdo in tract. de aliment.) quorum ap-
25 pellatione † expensas infirmitatis venire constat. Tiraq. de nobilit.
cap. 31. nu. 395. Rol. cōs. 22. nu. 3. lib. 3. Menoch. de præsump. par. 2.
26 lib. 5. præsumpt. 157. nu. 30. præterea † seruorum ægrotantiū cura
Dominis demandata fuit. l. 1. §. sed scimus. C. de lat. libert. tollen. &
27 alienos seruos † curantibus negociorum gestorum actio concessa l.
28 si seruum, iuncta glos. C. de negoc. gest. & Domini crudeles † negā-
tes alimenta seruis languidis, & sic curam eorum negligentes, Do-
minica potestate priuantur, sicut Parentes Patria, secus si sanis dene-
gauerunt: ex Abb. in c. 1. nu. 2. extra de infan. & langui. expos. & è
29 contra † filij negligentes in cura Parentum, eorum successione pri-
uantur. Rol. de lucro dotis, q. 66. nu. 4. per tex. in l. 3. ff. de his, quæ vt
30 indig. aufer. vbi gloss. per iura allegata † æquiparat Medicum non
adhibere, vel malum, & in tantum obligantur filij ad curam Paren-
31 tum ægrotantiū, quod filia, † si dum seruit, à Patre infirmo ad ma-
lum sollicitatur, non potest eum deserere, nisi credat se casuram, &
non posse resistere. Io. Bapt. Corra. viden. in resp. cas. consciē. q. 397.
32 serui † etiam non sunt immunes à sumenda cura Dominorū lan-
guentium, etiam post obtentam libertatem, & si negligunt, in ser-
33 uitutem reuocantur. l. alimenta. ff. de lib. agnosc. paria † enim sunt
occidere, & infirmū negligere. l. si seruum in princ. ff. de verb. oblig.
Rol. de lucro dotis, q. 64. in princ. & per totam quæst. cum pluribus
seqq. agit de marito negligente in cura vxoris ægræ. ad quem me
34 refero; nec minus tenetur † vxor ad curam mariti ægrotantis, ita vt

etiam ſi ei miniſtrauerit in longiſſimo morbo,non poſſit dici bene
35 merita.Bolognet.conſ.18.nu.14. Cura † autem militum ægrotan-
tium Tribuno, exercitusq; Præfecto à lege credita eſt.l.officium, in
fin.ff.de re milit. & docet Ferret.in tract.de medela curan.exerci. ex
quibus patet certis perſonis, & non omnibus curam ægrotantium
36 demandari, in † ſubſidium autem quemque obligari exiſtimo; per
ea,quæ in principio huius cap.ſcripſi,& per tradita à Thabi. in ver-
37 bo,Charitas,nu.5.ideo † ſuperiores cogere poterũt, ex Ripa de Pe-
ſte,tit.de remed. præſeruat.nu.121.& ſeq. quòd intelligerem, cum
38 ſalus † per miniſterium ægroto præſtandum in diſcrimen non vo-
caretur, Fallit in ſubdito.Conrad.in reſp. caſ.conſcien.q.210. hinc
39 † Epiſcopus, & Parochus non tenentur pro ſanitate corporali ſub-
iectorum propriá vitam exponere.vt per Maiol. de irregular. lib.2.
cap.20.nu.3.vbi declarat. & latius Benzon.de fuga in peſte q.1.vbi
40 conclu.8.car.13. firmat, † voto obligatos teneri ad miniſtrandum,
41 etiam cum periculo vitæ.& quæſt.3.pag.95. probat, poſſe † per pę-
nitentiam alicui iniungi,vt ægris miniſtret, Clar.pract.crim.§.Ho-
micidiũ verſ. punitur,etiá in fi. & hi omnes,vt etiam mercede con-
ducti,videntur obligati,etiam cum periculo.ad tradita ibi per eum.
42 mercesq; † cum petitur,non poteſt denegari.arg.l.venditor.§. ſi cõ-
43 ſtat.ff.commu. prædio. immo vltra mercedem. iſtis † miniſtris, vt
etiam Medicis,ſi debitam adhibent diligentiam, gratia habẽda eſt;
vnde legimus in Actis Apoſt.cap.3. claudum illum, quem ſanauit
Petrus, poſt ſanationem Apoſtolum tenuiſſe, ex beneuolentia. teſte
44 Bernar. Feliciano ibi. ſed quid † ſi vrget periculum, & mercedem
nemo offert? arbitror non eſſe adhibendam moram in præſtatione
45 miniſterij,exemplo Medici, qui † proprijs expenſis tenetur tali ca-
ſu mederi,& ſecuta cõualeſcentia ſibi datur repetitio.Nauar.in Ma-
nu.confeſ.cap.25.nu.64.vbi declarat hoc procedere, cum probabi-
liter de morte infirmi dubitari poſſet, niſi curaretur, nec eſſet, qui
46 mercedem ſolueret, tunc † enim Iudex ſummariè teneretur proui-
dere.ad ſcripta per Rebuff.de ſent.prouiſional.art.1.glo.4. per totá,
47 & † merces,ſecuta etiam morte debetur. Fran.Mar. deciſ.646.nu.6.
48 par.1. An autem † merces debeatur à ſubiectis, ſeu à Domino lo-
ci,latè docet Surd.conſil.289. per totum lib.2.vtrumque valeat lex
49 † impediens miniſterij præſtationem infectis,amplè explicat Ben-
zon.in citato tractatu q.3.lib.1. & non valere dicit. Quæro etiam

an

50 an † conductus ad seruiendum alicui ægroto, possit inuitus alij concedi? & non posse arbitror. ex doctr. Bart. viden. in l. si non sortem. §. libertus num. 30. ff. de condit. indebiti, & Albæ cons. 494. nu. 14. lib. 3.

RVBRICA XXXXVIII.

De Infirmitatis expensis.

SVMMARIVM.

1 *Donare est liberalitatis potius quam humanitatis.*

2 *Expensæ pro Infirmis ex bono, & æquo sunt faciendæ, æquiparanturq; funeris, alimentorumq; expensis num. 3. & 4. quas de suo Infirmi facere debent. nu. 5. eisq; inuitis fieri possunt nu. 6. & peccant recusantes nu. 7. & 8. & coniuncti, & ad alimenta obligati præcipuè ad eas tenentur nu. 9 Intell. vt num. seq.*

11 *Rectores quæ teneantur præstare suis officialibus ægris.*

12 *Maritus quando teneatur expendere pro vxore Infirma & nu. seqq.*

14 *Seruus infirmus cuius expensis curandus sit.*

15 *Vxor ægra quando à marito curanda, eiusq; expensis, & nu. seq.*

18 *Protestatio illius, qui pro ægrotis expendit, est vtilis & nu. seqq.*

21 *Vulnerans tenetur ad expensas pro vulnerato factas, & Judex debet cogere num. seq. sed cautè agit, qui spontè soluit num. 23. & quando euitet pœnas num. 24. cui non imputatur peritia medici, & neglig. Infirmi num. 25.*

26 *Beneficium, & Ecclesia an sit obligata ad expensas Infirmitatis Rectoris defuncti.*

27 *Famuli nostri temporis an consequantur expensas infirmitatis à Dominis.*

28 *Officium Iudicis datur, vt subueniatur famulis ægrotis.*

29 *Homo quilibet in subsidium debet expendere pro Infirmis.*

30 *Expositi à quibus alendi sint.*

31 *Episcopi, & personæ ecclesiasticæ præ cæteris obligantur infirmis succurrere.*

32 *Bouis infirmi expensæ an spectent ad locatorem, vel conductorem.*

33 *Æstimatio medicinarum non præstitarum petitur, non autem medicinæ.*

CAPVT XXXXVIII.

QVAMVIS humanitatis sit, operam ægrotis præ-
1 stare; vt cap. præcedenti diximus. donare † tamen illam, est potius liberalitatis. ex gl. in l. & si quis. §. sed interdum. ff. de religio. & sumpt. fune. ideo multæ pecuniæ pro infirmis necessariò erogantur, & pro ministris, & alijs multis. de expensis igitur morbi caussà factis subij-
2 ciamus, præmittendo, illas, cum † ex bono, & æquo factæ fuerunt. arg. tex. not. in d. l. & si quis. §. hæc actio. esse admodũ priuilegiatas, vltimæ presertim Infirmitatis. vt dicam infra in 2. par. in verbo, Cre-
3 ditor. & congerit Surd. decis. 255. nu. 25. vbi probat, † equiparari expensis funeris caussa factis, eisdemq; priuilegijs gaudere, quæ multa sunt. vt per Asin. in d. l. & si quis. §. sed interdum, æquiparantur
4 † etiam alimentis, & idem iudicium est de expensis infirmitatis, quod de illis. Imol. in l. si cum dotem. §. sin autem, num. 68. ff. solu. matrim. amplè Surd. de alimentis, tit. 4. quæst. 5. per totam. His sic præmissis, videamus ad quem tales expensæ pertineant, & profectò
5 † de suo Infirmi eas facere debent. & contra eos datur actio, & aduersus hæredem, bonorumve possessorem, cæterosq; successores per
6 d. l & si quis, circa princ. & finem. nec † attenditur si ægris inuitis factæ sint. ad congesta per Caroc. de Locato tit. de Medicis q. 2. post Cagnol. in l. inuito. ff. de reg. iur. aliosq; citatos per ipsum Caroc. vbi nu. 9. exclamat contra eos, qui volunt, potius mori, quam pecuniam
7 pro sanitate erogare, quos † mortaliter peccare recusando medicamenta ad salutem necessaria, vt pecunijs parcant. firmat Corrad. in
8 resp. cas. consci. quæsito 201. in fi. nec † aliquis videtur à peccato immunis, recusans pro infirmo necessariam expẽsam facere. ex Nauar.
9 in Manu. confes. cap. 17. nu. 186. præsertim coniuncti † & ad alimẽta obligati. ex dictis cap. præcedenti, nu. 23. sed hoc declarat Bart. & addentes, in l. legatis nu. 2. & 3. ff. de alim. leg. dicens, verum esse in
10 eo, † qui debet alimenta simpliciter, secus in eo, qui debet alimenta alicui, quia operatur: tunc enim modicæ expensæ, non magnæ alimentorum appellatione veniunt. per iura à Bart. adducta, vbi sub-
11 dit, Rectores † non teneri præstare suis officialibus ægris, nisi ea, quæ pertinent ad cibum infirmorum, vt pullos, & similia, non autem medicinas, & syrupos, nec salaria Medicorum, nisi cum sunt

modici

modici sumptus. Bal. & Doct. in l. cum dotem.§. sin autem.ff. solu. matrim. Ang.in l.si seruum.ff.de nego.gest.Bal. & alij, in l.quod in
12 vxorem.C.eod.vbi omnes plenè docent, quãdo † maritus teneatur expendere pro vxore infirma, circa quod vide etiam Rom. cõs. 517. num.3.Hiero.Gabri.cons.145.num.20.lib.2.Bursat.cons.420.post nu.37.lib.4.plenè Mascar.de probat.cõcl.77. & quia doctrina Bart. in d.l.quod in vxorem,multũ notabilis mihi videtur,eius verba re-
13 feram,dicit itaq; † quod cum vxor per morbum non prohibetur esse in obsequio viri, tunc maritus eam alere, & curare debet. arg.l.in rebus.§.possunt.ff.cõmodati,vbi I.C. ait,infirmitatis expensas ad eũ
14 † pertinere,qui seruum vtendum accepit. & tex.in l.sicut.ff.de vsuf. ait,vsufructuarium ad alimenta serui, & valetudinis impendia obli-
15 gari,si autem vxor † ægra non potest esse in seruitio viri,ille tenetur ad expensas secundum qualitatem dotis,nec repetit,licet fuerit pro-
16 testatus,se animo repetendi facere.quod si mulier † non erat dotata, & habebat, vnde posset curari, vel supererat Pater, qui ad hoc tenetur,tunc maritus excusatur, & si expendit nulla facta protestatione,
17 non repetit,alias sic; si † verò nullus erat,qui teneretur expendere, nec mulier aliunde habebat, tunc maritus tenetur, & protestatio
18 nihil ei prodest; & de hac † protestatione, quæ fit circa huiusmodi expensas, benè loquitur d.l.& si quis.§.sed interdũ, omnino viden.
19 ff.de relig. & sumpt. fun. & si fit † à Patre expendente pro filijs infirmis, habentibus bona Materna, non inutiliter fit.vt per Dec.cons.
20 616.viso cõtractu,nu.4.proderit † etiam protestatio Fratri ad dicta
21 per Cephal.cons.94.num.16.& seq. Sed quæro an † vulnerans teneatur ad expensas pro vulnerato,vt soluantur medicamenta,aliaq;
* necessaria; & teneri ex communi plenè ostendit,cum ampliat.& limit.Ios.Ludo.concl.lib.1.conclus.39.ad quem me refero, & Rebuf.
22 de sent.prouisional.art.1.gl.4. per tot. probat, † Iudicẽ debere prouidere pro qualitate personæ vulnerati,& quantitate bonorum vul-
23 nerantis,qui me auctore † non expectabit se cogi à Iudice ad facien dum tales expensas, si enim eas libenti animo fecerit,ostendet se occidendi propositum non habuisse, nec vulnerandi. vt post Cæpol. cõs.crim.31.nu.5.scribit Menoch.de præsumpt.lib.5.præsump.40. num.29. & per medicamenta sæpè impeditur mors vulnerati, &
24 † vulnerans euitat pœnas criminales, aliasq; de quibus latè Rolan. cons.39.lib.2.ad quas neq; etiã tenetur, cum vulneratus per incan-

tationem

tationem ſe curari fecit; ſi credimus Ferretto in tract.de medela con-
25 ſeruandi exercitum nu. 31. ſicut † imperitia Medici, vel negligen-
tia Infirmi ei non imputatur. l. ſi ex plagis, in princ. ff. ad l. Aquil.
26 Scias etiam † ſucceſſorem in beneficio obligari pro debitis contra-
ctis tempore Infirmitatis ſui præceſſoris. Abb. in c. præſentium col.
1. vbi etiam Imol.extra de pignor. & Capy. deciſ.84.probat. Eccle-
ſiam teneri ad medelas, & ad debita, ex ſpolijs tamen ſoluenda.vi.
Dec.conſ.147.Abb.679.lib.4. & Reodoan. de ſpolijs q. 10. nu.38.
27 An † autem famuli noſtri temporis expẽſas infirmitatis à dominis
prætendere poſſint, & modicas ad Dominos pertinere exiſtimo ad
dicta paulo ante num.10.& per tex.in l.in rebus.§.poſſunt in fin.ff.
cõmodati,& ſi non ratione famulatus Domini tenerentur,Iudex ex
28 officio † poſſet eos cogere ad ſubueniendum illis tanquã proximis.
ex notabili doctrina Panor.in cap.fi.extra de cler. ægrotante.ex qua
29 colligi poſſe exiſtimo, omnes † in ſubſidium teneri expendere pro
ęgrotis ſaluo iure repetẽdi;cõferunt ſcripta per Theſaurũ.deciſ.118.
num. 4. dum dicit, quod ſi in loco non eſt hoſpitale pro infanti-
30 bus expoſitis, † rector Eccleſiæ tenetur alere, & ſi non habet ſuffi-
cientes facultates, concurrunt cum eo Princeps, Communitas, &
Ciues pro rata facultatum,nam pondus,quod à multis portatur,mi-
31 nus grauat.Rectores tamen,& præſertim † Epiſcopi maiori vincu-
lo,quam cęteri obligantur, ita vt ſi nihil habeant, ab ijs petant, qui
habent,vt multorum ſanctorum virorum exemplis,docet Epiſcop.
Benzon.tract.de fuga lib.2.q.2.pag.24.verſ. vltima concluſio. non
32 nulla alia de expenſis,colliges ex ſeq.cap. & ad quem ſpectent † ex-
penſæ pro boue infirmo. ex Borgni.deciſ.3.num.10.par.2. & factas
pro curando equo,peti poſſe, probat Bonacoſ. de equo q. 142. Sed
33 quæro † tu debebas mihi ægro dare medicinas, non dediſti, me ſa-
no facto an petam æſtimationem, dic quod ſic. Alexan. conſ. 178.
num.7.lib.6.omnino viden. citat.l.patronus qui.l.ſi libertus artem.
ff. de operis liber.



RVBRICA

RVBRICA XXXXIX.

De Salario Medicorum.

SVMMARIVM.

1 *Salarium debetur Medico pro labore. & bonum est dietim sibi præstari. nu. 13. licet de iure debeatur in fine morbi. num. 14. & debet esse iustum. nu. 25. & quattuor modis petitur nu. 32. anq; debeatur pro tempore infirmitatis nu. 35.*

2 *Quod ab inuito sumitur, non semper iniuriosè aufertur.*

3 *Magister non accipit mercedem pro scientia, sed pro labore.*

4 *Beneficium facere quis non cogitur sine præmio.*

5 *Decimæ dantur Deo pro honore.*

6 *Medicus damnatur si sanitatem ægroto promittit.*

7 *Litis victoria non debet promitti.*

8 *Dispositio sæpe eadē fit inter Medicos, & Doctores, vt nu. seqq. & nu. 27.*

10 *Medicus non tenetur pro eodem salario bis ægrotum curare. & nu. seq. & salariatus de publico debet seruire tam diuitibus, quam pauperibus. anq; possit accipere munera à sponte dantibus nu. 16. & 19.*

12 *Facies tres ingrati dicunt habere Doctores, & Medicos.*

15 *Regni Neapolitani obseruātia q̄ sit circa visitationē ęgrotātiū per Medicos.*

17 *Xenia excæcant oculos.*

18 *Munera qui odit in excelsis habitabit.*

20 *Restituere non tenetur recipiens à sponte dante.*

21 *Medici salariati non extorqueant promissiones ab infirmis, neque non salariati nu. 23. intell. vt nu. 24. & magis eis fauetur, quā aduocatis nu. 26. & præferuntur cæteris creditoribus nu. 34.*

22 *Conuentiones inter medicum, & ægrum, clientem, & Aduocatum morbo, & lite durante nullæ sunt, & cur. nu. 28.*

29 *Possessio tradita medico morbo durante ante omnia recuperatur.*

30 *Famulus si recusat seruire pro toto tempore, an pro tempore præterito mercedem consequatur.*

31 *Honor publicus impedit, ne medici, & Doctores conducti ante tempus possint recedere.*

33 *Domus in loco celebri, & reperibili debet dari Medicis, & Doctoribus salariatis de publico.*

36 *Hæredes an teneantur restituere salarium perceptum à defuncto pro toto tempore.*

37 *Monasterium an teneatur ad salarium medico pro curatione monachi.*

38 *Nudas mulieres medici non affectent inspicere, neque tangere.*

39 *Iudices excommunicantur fingentes aliquid, vt se ad domum pulchræ mulieris conferant.*

40 *Fœminæ non nisi fœminis nudandæ, & pro sanitate non possunt sui corporis copiam facere nu.42. potius tamen id pati debent, quam se occidere. nu.43. neque etiam patiantur se mala intentione tangi nu.44.*

45 *Peccata propter morbum non sunt committenda.*

46 *Vsura neq; pro alendis pauperibus, neq; pro redimendis captiuis permissa.*

47 *Marescalchus, qui promisit equum sanare ad quæ teneatur.*

48 *Furti, & mandati tenetur, qui consumpsit pecuniam pro curatione acceptã ab aliquo.*

CAPVT XXXXIX.

SVPEREST, vt de salario Medici magis distinctè
1 aliqua dicamus, cui certum est permitti † pro eius
labore præmium recipere, quia, vt vulgò dicitur,
omnis labor optat præmium. cap.non sane 14.q.5.
2 vbi hæc D. August. verba recensentur; non † quicquid ab inuito sumitur, iniuriosè aufertur, nam plerique nec Medico volunt reddere honorem suum, nec operario mercedem: nec tamen (subdit textus) quæ ab inuito accipiunt, per iniuriã accipiunt, quæ potius per iniuriam non darentur; ex quibus verbis colligo, Medico deberi salarium, pro labore, vt dixi, non pro sanitate, vt di-
3 cimus de Magistro, † qui non recipit pręmium pro scientia, sed pro
4 labore, & aliter nemo cogitur † beneficium facere. c.precariæ in fin. 10.q.2. & glos. notabilis in cap. qui studet, in verbo, sanitatis. 1.q.1.
5 ad prædicta addit, Deum ipsum † pro honore recipere decimas, cu-
6 ius est sanitatem dare, non Medici, qui damnatur, † cum superbè ægrotis illam pollicetur. teste Ripa de peste, tit. de remed. præseruat.
7 nu.95. vt etiam promittens † expeditum litis euentum. ex Menoch.

de arbitr.

de arbitr.iud.casu 344.nu.1.vt solent facere aliqui parum prudẽtes
8 Aduocati,inter † quos,& Medicos sæpe in iure eadem sit dispositio,
vt ne possint pro debito ex contractu, vel quasi personaliter capi.
9 Mathesi.sing.59. incip. nota, quod Legum Doctores. Item † sicut
Aduocatus,vel Procurator in prima instantia,non tenetur in secun
10 da.Salyc.in l.Dominus.C.de appellat. ita † quem semel Medici cu-
rarunt,iterum curare nõ tenentur.glo. & Bart.in l.maritus.ff.locati.
vide Panor.& addentes in c.7.nu.5.extra de homici.& intell.vt per
11 Specul.tit.de salarijs.§.vlt. † vt si culpa sui,vel si ex interuallo ægro-
tus reciduauit,Medicus non teneatur, secus si incontinenti ægritu-
do redijt,quam distinctionem latissimè comprobant Caroc. & cita-
12 ti per eum,in tract.de locato tit.de Medicis,q.9.per totam.Item † tã
de Aduocatis,quam de Medicis ingrati dicere solent,quod à princi-
pio sunt Angeli, demum homines videntur, & in fine Dæmones,
quia pro mercede vrgent,quam plerique soluere recusant, quos car-
13 pit Caroc.vbi supra q.5.nu.5.& dicit, † bonum esse dietim Medico
14 satisfacere, non expectando finem morbi, vt Doct. expectari † de-
bere concludunt,citati ibi per eum nu.4. vbi subdit in hoc consue-
15 tudinem attendendam esse,laudatq; obseruantiam † Regni,de vi-
sitatione infirmorum bis in die, & semel in nocte in magna occur-
16 rentia,& supra quæst.3.nu.5.dicit Medicos † salariatos de publico,
gratis teneri seruire tam magnis,quam paruis; quod malè obseruãt
Medici, propter munera,quæ à diuitibus recipiunt,quæ recusarent,
17 si essent memores verborum.20.Eccles. Xenia, & dona † excęcant
oculos,& Isaiæ cap.33. Qui excutit manus ab omni munere, in ex-
18 celsis habitabit. & Prouerb.15. Qui † odit munera, viuet; videant
igitur Medici, an potius à diuitibus velint accipere dona, quam à
19 Christo æterna bona. Bernar.serm.61. ad sororem; & † salariati de
publico,etiam à spontè dantibus accipere prohibentur. Felyn.in c.
tua nos,circa finem extra de homici.vide in materia Bald.in aut..ad
hæc.nu.7.C.de vsur.Ias.in l.diẽ functo.ff.de off.assess. Marsi.in l.18.
§.seruus.ff.de quæst. & in l.vni. C. de raptu virgi. nu.139.& distin-
gue cum Caroc.vbi sup.q.4. nu.20. & 21. & dicit Lapus viden.alle-
20 gat.36.nu.2.recipientes † à volente ad restitutionem nõ teneri, sed
ad contritionem peccati.vi.Abb.in c.cum sit,in princ.extra de iudi.
Innoc. & alios in c. quia plerique extra de immunit. Eccles. & isti
21 Medici salariati de publico, præcipuè caueant † nõ extorquere pro-

missiones ab infirmis, quia leges prohibent.l. Medicus. ff.de var. & extraordin. cognit. & ibi Doct. l.archiatri. vbi Bart. C.de professi.
22 & Medi. lib. 10. conuentiones † enim huiusmodi inter Medicum, & infirmum ægritudine durante, sicut inter clientem, & Aduocatum lite durante ipso iure sunt nullæ, vt congerit Bursat. consil. 72.
** nu. 11. in fi. lib. 1. asserens esse veriorem, & magis communem opinionem, vt testatur etiam Grannut. theorem. 12. nu. 5. quã extẽdit
23 † Pinel. in l. 2. cap. 2. nu. 3. circa finem, in secunda part. C. de rescind. vendit. ad Medicos non salariatos de publico: & addentes, admit-
24 tunt promissionem ante † curationem cœptam, quod intelligo de salario iusto, cum Vrsil. ad Afflict. decisio. 223. qui subdit, salarium
25 † iniustum, & immoderatum, Medicum cum bona conscientia ha-
26 bere nõ posse, pro iusto autem † magis ei fauendum est, quam Aduocato, priuilegio humanæ salutis. ex Bal. in l. 1. num. 3. C. mandati. Magon. decis. Flor. 11. num. 2. licet regulariter pari passu ambulent
27 † Medici, & Aduocati glo. notabilis in l. quisquis. §. præterea, in verbo, contractum. C. de postul. quæ dicit, Aduocatum non posse con-
28 trahere cum clientulo, quia † omnia daret propter timorem litis,
29 sicut infirmus Medico propter timorẽ mortis, & ideo possessio † ita tradita ante omnia recuperatur. Menoch. in pri. resp. caussæ Finari. nu. 45. & in pulchro casu Bald. in l. ædem nu. 8. C. locati, æquiparat Doctores, & Medicos, vbi ad quæstionem famuli recusantis seruire,
30 † & Domini nolentis aliquid ei dare pro tẽpore præterito, ait, quod si tantum damnum dominus patitur ex recessu, quantum cõmodũ habuit ex seruitio, non tenetur, aliàs soluit pro rata temporis, sed si non est actus, in quo cõsideretur interesse pecuniarum, sed publicus
31 honor, † vt in Doctore conducto ad lecturam, vel in Medico ad practicam, in quo vnus casus potest tantum valere, quantum mille,
32 nihil debebitur. accedat prædictis, quod sicut † quatuor modis salarium Aduocati petitur, conditione certi, si certum est promissum, actione ex stipulatu, si incertum est promissum, cõdictione ex lege, si nudo pacto, officio Iudicis, si non fuit promissum, neque conuentum. gloss. notab. in l. salarium. ff. mandati; ita & Medici. Caroc. vbi
33 supra. q. 13. nu. 2. & nu. 5. probat tam Medico, † quam Doctori salariato ex publico, debere dari domos in loco celebri, & reperibili, &
34 iuxta plateas, & palatia. & idem Caroc. q. 11. nu. 2. ait, quod † si Medicus est creditor pro mercede sua præfertur creditoribus anteriori-

bus,

bus, & extendit ad Aduocatos, Procuratores, & Notarios. sed nihil
35 citat, sed pro Medico vide scripta superiori cap. nu. 2. & an † ei debeatur
salarium pro tempore infirmitatis, dicam in 2. par. in verbo,
36 Salarium: anq; hæredes teneantur restituere † salarium perceptum
totius temporis, docet Specul. tit. de salar. § fin. nu. 7. vbi etiam nu. 5.
37 quærit à quo debeat petere salarium Medicus, † si Monachum cu-
38 rauit. cui consulo, vt leui occasione medendi non † affectet nudas
mulieres inspicere, easq; tangere: per ea, quæ scribit Franc. de Aret.
39 cons. 142. nu. 14. facit cap. 2. de iudic. in 6. vbi dicitur, Iudices † fin-
gentes aliquid, vt eant ad domum mulierum, esse excõmunicatos,
40 & fœminas, † nõ nisi fœminis nudandas esse probat. l. 1. ff. de vent.
41 inspici. & scitè Tiraq. de leg. connub. l. 4. nu. 23. & seq. cõsulo † etiã
Ciuitatibus, vt probos, & honestos Medicos eligant, & nõ iuuenes,
42 & hac occasione quęro, an † mulier, vt propriam sanitatem recupe-
ret, possit sine peccato Medico id petẽti, sui corporis copiam facere,
& non posse colligo ex Episcopo Benzon. de fuga lib. 1. pag. 100.
43 versic. tertia conclusio; sed an † liceat mulieri se occidere, ne ab alio
corrumpatur, & non licere probat Graff. decisio. par. 2. lib. 3. cap. 29.
44 nu. 57. & seq. per rationes ab eo adductas, & nu. 59. ponit, an † de-
beat permittere se tangi mala intentione, & negatiuè concludit, &
45 ratio esse potest, quia † nullum peccatum alicui permittitur ratione
cuiusuis morbi D. Tho. in Quolibeto. art. 20. vers. sed citra; hinc est,
46 quod † nec pro alendis pauperibus, nec captiuis redimendis licitum
est fœnerari. c. super eo de vsur. Rolan. cons. 55. nu. 28. lib. 2. alia pos-
sem dicere de Medicis, sed refero me ad dicta superius cap. 43. &
47 † ad quæ teneatur Marescalchus, qui promisit sanare equũ, colliges
48 ex Franc. Mar. decis. 523. par. 1. & † mandati, & furti teneri eum, qui
consumpsit pecunias acceptas pro curatione, seu alia caussa, probàt
tex. in l. si mandauero. §. si tibi. ff. mandati. & de salario Medicorum
alia dicam in 2. par. verbo Salarium.

RVBRICA L.

Priuilegia infirmorum quando cessent.

SVMMARIVM.

1 Priuilegia quandiù durent, & concessa infirmis non procedunt in leuibus morbis nu. 16. Decl. vt nu. seq. Item cessant in morbis longis. nu. 20.

2 Caussa

2 Caussa morbi cessante morbus cessat.
3 Excusatus semel propter morbum, si eius sanitatis spes nulla est, semper dicitur excusatus, alias non, nisi donec reliquiæ morbi durant num. seq. intellige vt nu.6.
5 Reliquiæ præcedentis caussæ faciunt durare effectum illius.
7 Delegati iurisdictio quando expiret, dum ei caussa committitur ab infirmo, & absenti nu. 8. & 9.
10 L.Semel.C.de re milit.lib.12.quo pacto intelligenda.& nu.12.
11 Episcopus potest ad suam Ecclesiam reuerti, à qua propter morbum se abdicauit.
13 Relationes morborum à Medicis diligenter fieri debent, in actisque sunt ponendæ. nu. seq.
15 Iudices relaxando de carcere infirmos, qua cautela vti debeant.
18 Regula Cancellariæ de infirmis resig. comprehendit morbos leues, & cur.
19 Dolor capitis quando non dicatur leuis morbus.
21 Officialis quando propter morbum ab officio remoueatur.
22 Priuilegium datum propter ministerium, eo finito cessat. eoq; innitens petitorium intentare dicitur. nu.35.
23 Filij mortuo Patre quando gaudeant priuilegijs, patris contemplatione eis concessis.
24 Morbus vt excuset, debet esse caussa immediata, ne actus expleri potuerit.
25 Clerici non residentes, quia infirmi, quando excusentur.
26 Infirmis non est cum alterius iniuria fauendum. Neque contra rigorem iuris nu.31. quid in iudicijs nu.34.
27 Commodans rem an possit vsum illius intempestiuè auferre.
28 Pietatis intuitu non debet alicui iniustitia fieri.
29 Renunciatio priuilegio an inducatur per actum contrarium.
30 Quod propter necessitatem constituitur, ad terminos necessitatis restringitur.
32 Sententia pro infirmo absente lata non tenet, sed pro minore sic numero seq.

CAPVT

CAPVT L.

MVLTA scripta sunt in præcedentibus capitulis ad fauorem Infirmorum, quibus non semper locum es-
1 se constat, tamdiù enim † durat priuilegium, quamdiù durat in priuilegiato id, propter quod fuit concessum. vt pluribus ostendit Lucas de Penna in l.4. nu.3.C.de Manci.& colo.partia.lib.11.& amplè Tiraq. in suo tract. cessante caussa.& præcipuè num.104.111.& 114.magisq; in specie
2 nu.177.vbi probat, morbi † caussa cessante cessare morbum, & nu. 179.necessitatis caussa cessante, cessare quod ob illam statutum est, Amplia cum Surdo decis.123.num.3.& circa hoc notanda est Bart. distinctio in l.si cum dotem.§.si maritus num.2.ff.solu.matrim.vbi
3 dicit, semel † excusatū à muneribus propter morbum, cuius sanitatis nulla est spes, semper excusari, alias non, quia potest esse vno
4 tempore sanus, & alio tempore morbosus, verum † donec debilitatum corpus remanet ex præcedenti morbo, durant priuilegia. vt per iura citata per eum firmauit Rimin.iun.Illust.I.C.à quo glorior insignia Doctoratus recepisse, in l.1.nu.568.& seq.ff.de off.eius, faciunt
5 scripta à Decia. resp.14. nu.39.lib.3. vt † reliquiæ præcedentis caussæ sustineant, ac durare faciant effectum illius, quod arbitror lo-
6 cum habere in ægroto † si ei expedit, alias non, ideo si propter
7 † morbum caussam delegauit, eo facto sano, licet non forti, iurisdictio delegati (ni fallor) expirabit. ad tradita per Bar.& alios in d.l.1.ff.
* de off.eius.vbi Rimin.iun.ex communi probat. nu.578. quod facta
8 † delegatione caussæ propter absentiam, secuto reditu iurisdictio de-
9 legati expirat. quia † per hæc impedimenta potestas non aufertur penitus impeditis, nec in alios transfertur, nam si id esset, non recuperarent potestatem, nisi simile impedimentum superueniret in delegato, vt declarat Gemin.videndus in cap.si duo de procurat.in 6.
10 versi.cęterum.ex cuius doctrina sumi potest † declaratio, ad l.semel. C.de re milit.lib.12.vbi missus à militia propter morbum, instaurari non posse dicitur, quia in milite validæ vires sunt necessariæ, & de recenti à morbo liberatus, eas infirmas habet, meritò non instauratur, in casibus autem supradictis, & similibus, hæc ratio non procedit, vnde non mirum, si etiam debilitate durante, recuperatur
11 quod propter morbum amissum fuerat, quocirca Episcopus † poterit

terit ad Episcopalem reuerti dignitatem, à qua propter morbum se abdicauerat, quamuis morbi durent reliquiæ. c. post translationem, vers. cęterũ, extra de renunciat. Lancel. instit. canon. §. cæterũ, eod. tit.
12 Posset etiam dici ideo † in d. l. semel non dari instaurationem, quia miles ille non probabat, sed tantum reconualescentiam allegabat, vt ea verba ibi posita indicant. Obtentu recuperatæ valetudinis. quid ergo mirum, si ei instauratio non fuit concessa? magna enim consideratione, medicis ita denunciantibus, fuerat dimissus, meritò si intendebat instaurari, debebat probare recuperatam valetudinẽ.
13 vnde colligit ibi Bart. medicos † debere esse diligentes in faciendis
14 relationibus super morbis. & Iudices curent, † vt in actis registrentur, & si timent decipi, mittant cum Medicis Notarium ad inspiciendum ægrotum, vt per Foller. in practica crim. in verbo, Audiantur excusatores. num. 31. & num. 35. dat Iudicibus aliam cautelam,
15 † vt cum relaxant ægrotos de carcere in caussa criminali, vel idoneũ accipiant fideiussorem, vel apponant custodes ad domum ægroti.
16 Præterea scias † disposita ad fauorem infirmorum locum sibi vendicare in grauibus, non in leuibus morbis. l. quæsitum. vbi Doct. ff. de re iudicata. l. 1. §. proinde. ff. de ędil. edi. Bonif. de malef. tit. de nuncij relatione, nu. 48. & seq. congerit Rim. iun. in d. l. 1. nu. 570. ff. de off. eius dixi sup. cap. 4. nu. 7. & seqq. & cap. 11. nu. 8. aduerte tamen,
17 † quod in homine malè complexionato, & debili morbus sui natura leuis, vt febris quartana, grauis haberetur. ex Gomes. ad regul. cancel. de infir. resign. q. 28. in fi. & Mandos. q. 5. vbi concludunt, mor-
18 bum † leuem in regula illa considerari, cur id fiat docet Oddus de restit. in integ. part. 1. q. 11. art. 7. num. 33. viden. & Maiol. de Irreg.
19 lib. 2. cap. 22. & cap. seq. ægroto comparandum esse dicit, † qui graui capitis dolore vexatur, vt corporis vsus sit impeditus, quod quia raro contingit, ideo regulariter grauedo capitis inter leues morbos connumeratur, vt ipse Maiol. ibi affirmat. Item scias in hac materia, vt cognoscamus, quando priuilegijs Infirmorum locus sit, con-
20 siderari debere † vtrum morbus breui, vel longo tempore sit duraturus. vt plenè per Doct. præsertim Modernos in l. si longius. ff. de iudic. & textus in l. si quos Iudices. C. de off. perfecti præt. Ori. admit-
21 tit † propter longam infirmitatem remotionem ab officio, quod declarat. Alci. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 19. in fi. habere locum; quando datur principaliter propter exercitium, non si propter dignitatem,

gnitatem,quo casu ipse putat propter superuenientem morbum officialem non posse remoueri; cōfert ad id doctrina Saly.in l.2.nu.4.
22 C.de epis.&cler. vbi dicit, † priuilegium datum propter officium
23 ministerij, ministerio finito cessare, & ideo † filios mortuo Patre, cuius contemplatione priuilegium fuerant consecuti,illud amittere l.Medicos,iuncta glos.C.de profes.& Medi. lib.10.secus si eis beneficium concessum fuerat propter dignitatem Patris, quia tunc,mortuo eo, duraret per l.fœminæ. ff. de Senat.vi.l.3.ff.de priu.vet. Item
24 vt † morbus excuset,satis esse nō videtur,vt leuis non sit, neq; breui tempore duraturus, nisi præterea caussa immediata sit, ne actus expleri possit.vt docet Panor.& alij in c.1.extra de cler.ægrotan. idem Panor.& Imola in c.ad audientiam extra de cler. non resident.Did.
* ex communi variarum resolut.lib.3.cap.13.nu.8.vers.sexto hoc ipsum. Decia.resp.69.post.nu.8.vol.2.Nauar.de horis canonicis,c.11. nu.10.Graff.in decis. cas.consci.part.2.cap.15.nu.10. qui Doctores,
25 & alij per ipsos citati firmant, Clericos † tunc propter morbum nō residentes excusari, & quotidianas distributiones percipere,cum ante morbum residebant,alias non.superueniens enim caussa non excusat à præcedenti delicto Ias. in l.stipulatio,num.5.ff.de oper.noui nunciat.vide Surd.cons.374.num.23. & seq. lib.3.præterea ratione morbi peccata non sunt nutrienda,vt dixi in pręcedenti cap.nu.45.
26 Scias † etiam, infirmis non esse cum alterius iniuria fauendum. vt
27 scripsi cap.13.num.8.hinc est,quod licet commodans † non debeat intempestiuè alicui vsum rei commodatę auferre. l.in commodato. §.sicut.ff.commod.tamen si tibi equum commodaui, vt certo tempore Romam ires, & tu morbo impeditus nō iuisti, possum equum repetere,ne iste casus mihi noceat,tibiq; cum meo damno prosit.vt post Bart.in d.§.sicut, affirmauit Ias.in §.sequens.num.23.Instit.de Actionib.& Rimin.iun.Instit.de donat.in princ.nu.1547. ait, nos
28 † non debere pietatis intuitu alicuius personæ, alijs iniustitiam facere.citat. c.nuper. §.quod autem de donat. inter virū & vxo. & Bero. cons.70. in fin. lib.3.& nullum peccatum permitti ratione cuiusuis Infirmitatis dixit Diuus Thom.in quolibet,1.art.20.vers. sed cōtra.
29 Præterea non est ommittendum, Infirmum, † seu alium facientem actum contrarium priuilegio,censeri renunciare priuilegio, quo ad illum actū tantū nō,quo ad alios.congerit Ant.Gabr.de Iure immu. concl.1.nu.9. Decia. resp.43.nu.28.lib.3.& Aym.cons.422.nu.14.

30 pariter vol.3.vbi in 3. num. ait † constitutum propter necessitatem ad terminos ipsius necessitatis restringi. repetit cons.917. num.10. hinc intelligi potest,quo pacto reliquiæ præcedentis morbi excusationem præstent, quod tetigi in hoc ipso cap. num.4.& seq.

31 Scias etiam † morbum non prodesse circa ea, quæ ad rigorem iuris conseruandum inuenta sunt. ex Bart. in l.ea quæ C. quomodo, &
32 quando Iud.Ideo sententia † ad fauorem infirmi non citati, absen-
33 tisq; non tenet. gloss. & Bart. in l. quæsitum. ff.de re Iudi.secus † in minore, & Ecclesia.l.non eo minus, & ibi Doct.C.de procu.

34 An † autẽ in iudicijs, quo ad alia,magis ęgris,quàm alijs fauendum sit,colliges ex.l.fin.vbi Doct.C.de fruct. & lit.expen.& ex Dyno in reg.in iudicijs de reg.vi.lib.6.

Finis Partis Primæ.

THOMÆ ACTII FOROSEMPRONIENSIS.

Tractatus de Infirmitate,

PARS SECVNDA.

Summarium Procemij Secundæ Partis.

1 *Cognitio, Utrum infirmitas sit de genere bonorum, vel malorum, vtilis est.*
2 *Bonum est, quod omnia appetunt. contra nu. 54. & seq.*
3 *Infirmitas animi, ingenijq; vires frangit, obliuionem, & stultitiam parit, corpusq; inhabile reddit. Intellige vt nu. 61. & seq.*
4 *Sonticus morbus est, qui cuique rei agendæ nocet.*
5 *Operæ seruorum ex morbo inhabiles redduntur.*
6 *Infirmi an ad dignitates eligendi. & nu. 9. 71. & seq.*
7 *Ordines sacri an infirmo concedendi.*
8 *Coadiutor infirmi de bonis Ecclesiæ vna cum ægroto Clerico viuit.*
10 *Infirmitas an animæ saluti expediat, & nu. 83. & seq.*
11 *Pœnitentia facta in sanitate, securior ea, quæ in morbo fit, quamuis vtroq; tempore fieri possit, quia Deus numquam spernit pęnitentem nu. 84.*
12 *Ordinari non debet in ægritudine Baptizatus: & quare nu. seq. & 88.*
14 *Clericus ex morbo an fiat inhabilis ad Sacerdotale officiũ exercẽdũ. et nu. 90*
15 *Aron quare non fuerit lepra percussus, sicut Maria eius soror.*
16 *Infirmi propria gubernare non possunt, & cur. nu. seq.*
18 *Dolus, atque metus de facile infirmis, & senibus illatus præsumitur.*
19 *Statuta prohibentia viros relinquere vxoribus, qua ratione conscripta.*
20 *Iudex ex morbo ab officio remouetur. Declara vt nu. seq.*
22 *Senatus cum habendus est, infirmi, seu aliter impediti non sunt vocandi.*
23 *Fraus ratione morbi arguitur. Intell. vt nu. 92. & seq.*
24 *Permutationis beneficij fraus ex morbo colligitur.*
25 *Infirmi an è Ciuitate, suburbijsque eijciendi, & quando vi. nu. 94.*

Infirmitas

80 *Infirmitas etiam si aliquando est damnosa, non ideo mala.*
81 *Mercatura quæstuosa; fructuosa aratio dicitur, licet aliquando damnum ferat.*
82 *Malum nullum sine bono, neq; bonum sine malo.*
83 *Conuersio ad Dominum non est retardanda.*
85 *Ecclesia nulli suum gremium claudit; sed an infirmus in ea seruire possit. vi. num. 91.*
87 *Arbitrium sani in pœnitendo, in quo differat ab arbitrio Infirmi.*
89 *Infirmitas carnis peccatum repellit.*
97 *Morbus Gallicus an thori separationem inducat. remissiuè.*
98 *Senium, & ægritudo potestatem de suis rebus disponendi non auferunt.*
99 *Nil magis hominibus debetur, quam vt supremæ voluntatis liber sit stilus.*
100 *Parentes filios suos legitima fraudare non possunt, & nu. seq. & ita intell. quod dicitur, posse omnia bona consumere, & pretium proijcere nu. 102.*
103 *Medicis non nocet morbus Infirmorum, sed prodest. nu seq. & 108.*
106 *Medicinæ quæ à medicis tutè ægrotantibus exhiberi possint.*
107 *Hominem in manu Dei securius est relinquere, quam medicorum.*
109 *Inimici Infirmi, quod commodum ab ægroto percipiant.*
110 *Vulnerans quando de occiso teneatur, fiatq; irregularis. nu. seq.*
112 *Auctor cur Infirmorum priuilegia Alphabetico ordine scripsit.*

PROEMIVM.


VM in hac secunda mei de Infirmitate tractatus parte, agendum sit de prærogatiuis, priuilegijs, & commodis particularibus infirmitatis Alphabetico ordine, antequam id agam, perquirendum esse duco, An infirmitas ipsa sit de genere bonorum, vel malo-
1 rum, huiusq; quæstionis † non modica erit vtilitas, nam si inter genera bonorum connumerabitur, semper in omni dispositione ad infirmorum fauorem ampla, & benigna erit interpretatio facienda, nec fiet extensio de casibus, in quibus forsan reperitur illā obesse, per ea, quæ in simili dixit Benincas. in suo Paupert. tract. quæst. 4. num. 56. & seq. Ad rem igitur deueniendo, prima facie dicendum videtur, Infirmitatem inter mala reponi debere;
2 bonum † enim est, quod omnia appetunt, vt per Philos. in princ. Ethic. sed infirmitatem nullus homo, vel rari appetunt, vt notum est. Animi quippe
3 † vires frangit, & ingenij, parit obliuionem ex Corn. cons. 254. nu. 4. lib. 4

& sæpe

& ſæpe ſtultitiam. Menoch.conſ.82.nu.198.lib.1. Corpus verò debilitat, illudq; inhabile reddit ad quamcunque rem peragendam. l.morbus. ff. de verb.ſignific.l.4.§.fin.& l.fin.§.1.ff.de ædil.edi. hinc per bellè Iulianus in l.
4 quæſitum.ff.de re iudic.Sonticus † autem morbus eſt,qui cuique rei agẽdæ impedimento eſt,porrò quid magis impedimento eſt,quam motus corporis contra naturam,quem febrem appellant? & in l.penult.ff.de rei vendic.
5 affirmauit Labeo, propter † morbum operas ſerui inutiles reddi; quid ergo mirum, ſi I. C. in l. ſi non ſortem. §. libertum. ff. de ope. libert. ſcriptis mandauerit,non eſſe eaſdem operas infirmi,& ſani hominis. Abbasq; in c.
6 cum inter canonicos.not.4.extra de elec.Infirmum † inquit,quem morbus
7 adminiſtrare impedit,minimè ad dignitates eligendum.Infirmitas † enim impedit promouendum,ſi de cõualeſcentia dubitatur,non tamen iam promotum repellit, ſed datur ſibi coadiutor. c. tua. & c. de rectoribus extra de
8 cler.ægrot. qui † de bonis Eccleſiæ alimenta cõſequitur, vt plenè per eundem Panor.in d.c.de rectoribus. Idemq; in d. c. cum inter Canonicos poſt
9 gloſſ.in verſ. recuſatus. aſſeruit, † ſemel repulſum prætextu morbi amplius eligi non poſſe, niſi ſe à morbo liberatum oſtendat: vnde colligi facilè po-
10 teſt,morbum obeſſe; qui ſaluti animæ parum † etiam conducere videtur. arg.c.ſi quis de pœnit.diſt.6.vbi infraſcripta Diui Auguſtini verba recenſentur,refertque Capel.Thol.q.246. Serò pœnitentibus veniam, ſiue pœnitentiam dare poſſumus, ſecuritatem non poſſumus; nunquid dico damnabitur? ſed nec dico liberabitur, vis ergo à dubio liberari? vis quod eſt
11 incertum euadere? age † pœnitentiam dum ſanus es, ſi ſic ages dico tibi, quod ſecurus es,quia pęnitentiam eo tempore egiſti, quo peccare potuiſti: ſi autem agere vis pœnitentiam,quando iam peccare non potes, peccata te demiſerunt,non tu illa. ex quibus oſtenditur pœnitentiam factam in ſanitate ea ſecuriorem eſſe,quę in infirmitate fit,ergo morbus videtur quodam-
12 modo ſaluti animæ obeſſe. Hinc † videmus Baptizatos in ægritudine,
13 Presbyteros vix poſſe ordinari.c.fin. diſt.57. Non † enim eorum fides voluntaria cenſenda eſt.vt per illũ tex.dixerunt Lucas de Penna in l.25.nu.5. C.de Decur. lib.10.Lancel.Inſtit.Canon.tit.qui promou.non poſſ.§. ſed &
14 ſi. Maiol.de irregul. lib.3. c.8. per tot. Præterea † debilitas ex morbo proueniens videtur inhabilem reddere clericum ad Sacerdotale officium exercendum.teſte Panor. in c. Presbyterorum not. primo extra de cleri. ægrot. Confert, quod cum Maria, eiusq; frater Aron murmuraſſent contra Moyſen,quia duxerat in vxorem Æthiopiſſam, Dominus iratus percuſſit lepra
15 Mariam, & non Aron, † quia futurus erat Pontifex: vnde pro reuerentia Pontificatus tali morbo non fuit punitus,ſed ſolum à Domino ſufficienter redargutus.cap.plerunque.§.de his, ibique Card. à Turrecrem.2. quæſt.7.
16 Amplius † videtur reddere morbus homines inhabiles ad propria gubernandum, ita vt curatore opus ſit. vt per Specul. hoc declarantem tit. de cu-
17 rat.§.dantur aut. & Port.Inſtit.tit.eod.nu.17. Ratio † forſan ea eſt,quia facilè ægrotantes decipiuntur, læduntrq;. Solent enim ad omnia reſpondere, ſic: maximè cum ſibi mala punica, ſimiliaque oſtenduntur.vt amplè

per

18 per Plot.conſ.168.num.5. inter conſ. vlt.volunt. diuerſ. lib.1. Hinc † eſt, quod ægris, atque ſenibus de facili dolus, metusque illatus præſumitur; vt copioſè per D.Sfortiam Oddum de reſtit.in integ.par.1.q.7.art.9.nu.104. Quamobrem multis in locis adſunt ſtatuta prohibentia, viros relinquere
19 vxoribus, † ea ratione conſcripta: teſte Natta conſ.463. ne viri ægroti ſeducantur ab vxoribus eo tẽpore, quo magis cura, diligentiaq; ipſarũ egẽt.
20 Accedat † prædictis, quod propter morbum Iudices ab officio remouẽtur.
21 l.ſi quos Iudices.C.de off.Præf.Præt. Ori. ſi modò longus † ſit, non modico tempore duraturus, vt declarant ibi Interpretes.& Moder.in c.ſi pro debilitate extra de off. deleg. in l.1.ff.de off. eius in l. ſi longius. ff. de iudic.vi.
22 Menoch.de præſump.lib.2. præſumpt.86. nu.12.& 13. Vlterius † cum in Ciuitate, locove, Senatus habendus eſt, abſentes, infirmi, ſeu aliter impediti minimè ſunt expectandi ex Bart. in l.vlt. C. de legat. lib.10. nocet igitur
23 infirmitas, vnde † ob illam leges ipſæ,& Canones arguunt fraudem.l.filiæ meæ.ff.ſolut. matrim. c.2. de renunc. in 6. vi. ſemper Menoch.conſil.226.
24 nu.17.cum ſeqq.lib.3.Bec.conſ.52. nu.66. & 67. & propterea † fraus permutationis arguitur ex morbo, cum, inquam, fit ab ægroto. plenè Aymo. conſi.82.num.3.lib.1.congeruntque Maſcar.de probat. concl.1175. incip. Permutatio nu.26.& Menoch.de præſump.lib.6.præſump.78.nu.9.par.2. & prẹſump.8.lib.6.Honded.Eug.conſ.35.& 39.vol.1.Vadus Ciuis noſter
25 in repert.Fely.ver.Permutans. & ſi eſſet bona infirmitas, illa † affecti è Ciuitatibus, ſuburbijsq; nequaquam eijcerentur, vt eijciuntur. ex Ripa de reme.prẹſerua.cõtra peſtẽ nu.152.Menoch.de arb.iud.lib.1.q.99.nu.11.neq;
26 † morbi cauſſa ſponſalia ſoluerentur. Abbas viden. in c.1. num.4. extra de coniug.lepro.Lancel.Inſtit.Canon.tit.de ſponſ. Sebaſt. Med. de fortu.caſ. q.6.par.2. num.31. Quod mala ſit ex hoc pariter oſtendi videtur, nam quis
27 nõ poteſt filios, nepotesq; præterire, quando eſt in morte, ideſt, morti proximus,& ſic infirmus. Inſtit. de inoff. teſtam. & de exhæred. lib.per totum. & tamen in ſanitate poteſt omnia ſua bona conſumere.vt dixit gloſ.in cap. de his, in verſ.decedant extra de ſepult.vi. Ceph. conſ.276. num.35.& ſeq. Immo morbus nedum ipſimet ægroto noxius eſt, ſed etiam Medicis, qui
28 † ſæpenumero irregulares fiunt, dum eorum artem exercent.vt latè per Innoc.& alios in c.tua nos extra de homi.& plenius per Aluar.de planctu Eccleſ.lib.1.cap.48. col.3. & ſeq. vbi quærit, An miniſtri, & ſeruientes ẹgrotis irregulares vnquam fiant, ad quem me refero.

Contraria ſuperiori ſententia eſt, quod infirmitas in ſorte malorum non ſit habenda, & clarè probatur ex verbis ſequẽtibus D. Ambroſij inſertis in
29 c.illa in fin.15.q.1. Mala † non ſunt, niſi quæ crimine mentem implicant, & conſcientiam ligant; cæterum paupertatem,& ignobilitatem, ægritudinem,& mortem nemo ſapiens mala dixerit, nec in malorum ſorte numerauit, quia neceſſaria iſta in bonis habentur maximis, quorum nobis alia ex
30 natura, alia ex cõmoditate accidere videntur. Morbumq; † crimen haud poſſe dici, expreſsè affirmauit. Abbas in d.c.cum inter Canonicos col.2.ex-
31 tra de elect.Ciceroq; 2.Tuſcul.quẹſt.nihil † malum cenſendum eſſe duxit,

quod

32 quod à natura hominibus datur. Immo ex Platonis sententia, Omnis † sapientum vita meditatio mortis est; quam alijs multis auctoritatibus vtile esse firmauit Nauar. in c. idcirco num. 4. de poenit. dist. 7. Hanc verò mortis
33 meditationem ferè omnes † infirmi habent, ex sanis autem pauci. Nun-
34 cius namque mortis † morbus est. Præterea, quod mala non sit infirmitas
35 tali argumento probatur. Nullum malum † est gloriosum: Infirmitas est gloriosa, vt fuit illa patientissimi Iob, ergò non mala, immò bona, cũ ex illa
36 Diabolus deludatur. † is enim nititur sæpissime, vt homo patiatur graues morbos ad effectum, vt ex impatientia Deum offendant, sed quia plerunq;, Dei benignitate, sua peccata infirmi agnoscunt, quæ in sanitate nõ cognouerunt, & compunguntur, armantur contra Diabolum, & ita pessimus ille humanæ creaturæ hostis deluditur. glo. in c. potest, littera O, de pœnit. dist. 1.
37 Summa † ergo cum ratione tantopere in suis infirmitatibus gloriabatur Apost. vt dicitur in c. nisi. §. alia verò extra de renunc. Idemq; 2. ad Cor. 12.
38 scripsit. Virtus † in infirmitate perficitur, libenter ergò gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. & inferius. Cum infir-
39 mor, tunc fortior sum. Quæ † Apostoli verba licet (secundum omnium Doct. sententiam teste Tiraq. de Nobil. cap. 31. num. 600.) non de morbis corporis intelligantur, sed de animi tentatione, vel improborum molesta
40 insectatione, tamen piè possunt etiam ad corporis morbos protrahi, † quapropter tam animo, quam corpore ægrotantes, siue boni, siue mali sint, Apostolum imitari deberent. Sciant namque boni eis infirmitatem datã
41 fuisse ad meritorum augumentum, malis † verò ad sceleris correctionem. iuxta tradita in prima parte cap. 27. Ideoq; omnes morbo gaudeant. boni
42 † quod vergente deorsum conditione corporea, feruor spiritus in sublimiora cõscendit. vt dicit tex. in c. litteras extra de renunc. (Hinc Franciscus
43 Petrarcha de ægrit. corp. dialog. 4. Ægritudo † sæpe prodest, dum debilitatis viribus corporis, animæ sanitatem parit, quæ digressa nocet, & corpo-
44 ris auget insolentiam.) Mali, † quia membra ægra, & debilitata à malo opere cessant, vnde bellè D. Hierony. si quis fortitudinem latronis, seu pi-
45 ratæ eneruat, † prodest illis infirmitas, debilitata enim membra, quibus prius nõ bene vtebantur, à malo opere cessabunt. vt habetur in c. si quis 33.
46 q. 3. fœlix ergò necessitas, † quæ ad bonum impellit. ex Neuiz. per illũ tex. in Sylua Nupt. lib. 4. nu. 10. circa medium, quo loci amplè deduxit, homi-
47 nibus magis prodesse † aduersam, quam prosperam fortunam, quia secundum Chrys. homi. 8. optabilius est malis Christi causa vexari, quam honoribus affici. & idcirco ad propositum nostrum concludendum est, infirmitatem malam haud censeri, & potius prodesse, quam obesse, vt latius demõstrabitur ex ijs, quæ in secunda huius operis parte scribemus de infirmorũ priuilegijs, & ex dictis à Guil. Bened. in repet. c. Raynutius, in vers. mortuo itaque testatore. nu. 10. extra de testam. hinc Isid. lib. 3. cap. 3. de summo bono ait, vtilem esse morbum, ne per vigorem sanitatis illicitis sordidemur cupiditatibus, & bellè Greg. in Iob lib. 19. c. 6. & latius in pastorali, par. 3. asseruit, morbum esse virtutis custodem, quia secundum Bernar. serm. 29.

in canti.

in canti. canti. robur ſpiritui auget. vnde Eccleſ. 31. dicitur, Infirmitas ſo-
48 briam facit animam. Cumq; † paupertatẽ potius prodeſſe, quam obeſſe
poſt glo. in §. ſed noſtra. Inſtit. de ſucceſ. ſubla. affirmauerit ibidem Portius,
quanto magis hoc nos de infirmitate affirmare poterimus? ad tradita in 1.
49 par. c. 2. nu. 13. & † quamuis ſubdat Portius ibi à tali paupertatis prodeſſe,
libera nos Domine. Nos talia verba de infirmitate dicere recuſamus, ſed
50 eorum loco, fiat voluntas tua. Mala † enim quæ nos hic premunt, faciliorem nobis aditum ad cœleſtia præparant, vnde illam non debemus depre-
51 cari. Eſtq; tribulatio † quaſi medicina quædã à ſummo Medico miniſtrata. Hinc Auguſt. relatus à Turre crem. in c. aduerſitas 7. q. 1. Intelligat homo
Medicum eſſe Deum, deinde ſubdit: ſub Medico poſitus vreris, ſecaris, cla-
52 mas, non † audit Medicus ad voluntatem, ſed ad ſanitatem, vt hæc, & alia
eo loci doctè refert Turre crem. Rectè igitur Franc. Petrarcha in 4. Dial.
53 de ægrit. corp. exiſtimauit, ægritudinem † optabile malum eſſe, quod mali
remedium ſit maioris. conferunt ſcripta à Tiraq. de nobil. cap. 31. nu. 514.
& ipſa ægritudo facit, vt cognoſcatur ſanitas, ægri enim iucundiſſimam eſſe
dicunt, quod ante morbum ipſos latebat teſte Plat. de Repub. Dial. 9.

54 Ad contraria igitur reſpondendo, † primum non obſtat, quod rari homines morbos appetunt, quia rariores mortem, & nihilominus honeſta
55 mors † nunquam eſt fugienda, ſed ſæpe appetenda, vt ego deduxi in tract. de Ludo Scacch. quæſt. 6. prin. nu. 94. quocirca dicebat patientiſſimus Iob,
Nunquid non parcitas dierum meorum finietur breui? Minus obſtat propter morbum animi, ingeniiq; vires frangi, quia hoc non ſemper cõtingit,
56 regulariter † enim, quamuis corpus langueat, animi tamen iudicium minimè impeditur. l. 2. §. corporis debilitas. ff. de vacat. mun. c. 1. extra de re-
57 nunc. vbi Bal. aſſeruit, † Conſtitutum in mortis articulo propter morbum
non impediri, quin teſtari poſſit, vti non impeditur matrimonium contrahere, & teſtimonium dicere. vt latè per Aym. conſ. 6. nu. 57. & quo ad ma-
58 trimonium † communem ſententiam eſſe dicit Excellentiſs. Innocen. Sorbolongus Conciuis, & affinis meus in eius elegantiſſimo pro ſorore conſil.
nu. 126. poſt Pariſ. conſ. 13. nu. 68. lib. 1. & Rui. 78. nu. 8. vol. 3. Non corpo-
59 ris ergò † infirmitas, ſed mentis matrimonium impedit. c. hi qui. vbi Turre
crem. 32. q. 7. quæ non eſt in ægrotis, ideo habetur in cap. niſi. §. alia extra de
60 renunc. quod corporis † Infirmitas fortitudinem cordis augumentat, quia
feruor ſpiritus ad ſublimiora conſcendit. Ad illud, quod morbus parit
obliuionem, & ſtultitiam, eadem poteſt accõmodari reſponſio, quod rarò
61 id euenit, & ne contingat † Deum humiliter deprecari debemus, iuxta illud: orandum eſt, vt ſit, mens ſana in corpore ſano. Ad aliud verò, quod
62 morbus cuiq; rei agendo impedimento eſt, dicitur † habere locum in muneribus perſonalibus corporis exercitium requirentibus, quæ cum ægrotus ob corporis debilitatem obire non poſſit, meritò ſibi excuſatio competit, vt amplè oſtendam in 2. par. in verſ. munus; ſi ergo excuſatur ægrotus,
potius ex morbo commodum, quam incommodum conſequitur, cum à tot
muneribus, & oneribus eximatur. Si enim indiſtinctè verum eſſet, morbũ

cuique rei agendę impedimentum afferre, pro regula traditum non fuisset,
63 quod omnes actus † possunt fieri in infirmitate, qui in sanitate. vt post Ioan. And. in c. sine culpa de reg. iur. in 6. & Barba. in c. Raynutius col. 3. extra de testam. probauit Burs. cons. 40. nu. 74. lib. 1. vnde Gomez. de reg. cancel. de
64 infir. resig. q. 9. nu. 7. priuil. vlt. asseruit, † Nullum actum ex infirmitate inualidum reddi. Mandosiusq; in eadem reg. q. 1. num. 4. confirmauit, Iura ęgrotantibus omnes legitimos actus permittere, quinimo nonnulla in vita prohibentur, quæ in morte conceduntur, vt per exempla ostendit Marsil.
65 in sing. 465. & Ias. in l. si frater. C. qui testam. fac. poss. Quæ † nedum sibi locũ vindicare videntur in ægrotis, sed etiam in mortis articulo constitutis.
66 Illi nanque omnes actus † validè conficiunt, nisi sint tam propè mortem, quod sensu careant. ex Bursa. vbi supra nu. 70. & seq. Vnde nostri ad plura inferunt, quocirca Archid. ad 17. q. 1. Decreti, circa princ. scripsit, Infirmũ
67 voto † obligari, cęterisque obligationibus adstringi. c. porrectum extra de regul. l. sanum. C. de transf. l. senium. C. qui testa. fac. possunt. quibus in locis notant omnes, Infirmum testamentum condere posse; plenè Sebast. Med.
68 de fort. cas. q. 6. nu. 20. par. 2. Item ægrotans † potest ingredi religionem, & vt paullo ante dictum fuit, vxorem ducere. ex Bursat. consil. 40. num. 72.
69 Et etiam † suo iuri renunciare. teste Archi. in citata 7. caussa q. 2. dummodo (subdit ille) sit, cum renunciat in discretione mentis. Et Sorbolongus in citato pro sorore consil. doctissimè more suo, demonstrat. Ratificationẽ
70 expressè factam ab infirmo, † etiam in mortis articulo constituto post mi-
* norem ętatem, actum nullum conualidare, de communiq; testatur, post Paris. cons. 13. nu. 68. vers. hinc etiam lib. 1. & Rui. cõs. 78. nu. 8. lib. 3. Et quod
71 dicebatur ægrotantes non esse ad dignitates eligendos, arbitror † procedere in morbo epileptico, siue comitiali ægrotantibus, & in his terminis lo-
72 quitur d. c. cum inter Canonicos. (Morbus autẽ Comitialis, † qui & Herculanus, diuinusque vocatur. teste Balduino in l. 53. ff. de ædil. edi. dictus est à Comitijs, quod frequenter in illa turba accideret, comitiaque interrumperet. Quo frequenter tactus ab oblatione, missarumq; celebratione arcetur. c. in tuis literis. 7. q. 2. qui vero rarò tangitur nequaquam, si habet
73 vicini solaminis adiutorem. c. illud. 7. q. 1.) Non igitur † simpliciter morbus repellit à diuinis eo affectũ. glo. in d. c. in tuis literis per c. ad eius dist. 5.
74 Ergò † multominus à cęteris dignitatibus, prout ex cõmuni probat Lan-
* cel. Instit. Canon. tit. de coadiu. §. vlt. in gloss. vers. nullo. Hinc est † quod
75 Episcopus propter morbum nõ est Episcopatu priuandus c. scripsit. 7. q. 1. vbi Greg. Papa sic scripsit, Nusquam canones præcipiunt, vt pro ęgritudi-
76 ne Episcopo succedatur: iniustum † enim est, vt si molestia corporis irruit,
77 honore suo priuetur ægrotus, atque ideo subdit tex. per nos fieri † nullatenus potest. sed suggerendum est, vt si is, qui est in regimine, ægrotat, dispẽsator illi requiratur talis, qui possit eius curam omnem agere, vt locũ eius in regimine Ecclesiæ, (ipso non deposito) ac in custodia Ciuitatis imple-
78 re: vt † nec omnipotens Deus offendatur, nec Ciuitas inueniatur esse neglecta. hæc Gregor. simile est, quod habetur in l. solet. ff. de tut. vbi dicitur,

quod

quod si tutor ob longum morbum non potest adesse, datur curator sibi, qui potius administrator dicitur, secundum glos. in d. c. scripsit in ver. dispensatori 7. q. 1. & l. si quis. C. de off. Præf. Præt. Ori. Vbi propter longam ægritudinem remouentur Iudices. Non obstat, quia ideo in ea dispositum fuit, ob magnum onus iudicandi: sed cum officium datur magis propter dignitatẽ, & quòd sui natura est perpetuum, infirmitas ęgroto non nocet: vt doctè per Mascar. de probat. cócl. 593. incip. Electus. nu. 13. & Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 86. Immo neque primo casu obesse videtur, quia & si remo-
79 uentur infirmi ab onere iudicandi, † nihilominus integrum consequuntur stipendium illius anni, quo morbus superuenit. ad notanter tradita per Alci. tract. de præsump. in fi. 19. præsumpt. & consequenter nullum viden-
80 tur sentire incommodum, seu leue saltem, & † ex eo infirmitas in sorte malorum haud est reponẽda, cum longè plura sint commoda illius, vt amplè demonstrabitur. Hinc pulchrè Cic. 5. Tuscul. quæst. Quæstuosa mercatura,
81 † fructuosa aratio dicitur, nõ si altera semper omni damno, altera tẽpestatis calamitate semper vacet; sed si multo maiori parte extet in vtraque fœlicitas. facit l. secundum naturam cum simil. ff. de reg. iur. pleneq; congesta
82 à Tiraq. de Nobil. cap. 31. nu. 566. cum seq. vbi † comprobat nullum ferè malum in rerum natura sine aliquo bono reperiri, nullumq; tam bonum, tam vtile, tam perfectum, vt non aliquid mali, aut damni, & aliqua ex parte fugiendi habeat. & hac responsione corruunt multa pro contraria sententia in medium allata. addo quòd caussa dicitur lucratiua si à lucro trahit originem, licet quandoque damnum afferat. Dec. in l. in eo quod vel is in fi. ff. de reg. iur. Et dum dicebatur morbum obesse saluti animæ, ex quo videtur tutior pœnitentia facta in sanitate. Respondetur illud contingere non ra-
83 tione morbi, sed † quia conuersio ad Dominum non est retardanda. Eccl. cap. 5. Ne tardes conuerti ad Dominũm, ne differas de die in diem. Qui ergo in sanitate peccauit, sanus debet agere pœnitentiam, & si tardat eius
84 culpa pœnitentia minus secura fit, licet † pęnitentiæ tempus duret ad vltimum vitæ spiritum. vt habetur in princ. de pęnit. dist. 7. Ratio est, quia Ec-
85 clesia † nulli suum gremium claudit. l. fi. C. de summa Trinit. Homo enim dum viuit liberum habet arbitriũ, potestatemq; bene faciendi. vt per Turr.
86 crem. in c. nullus de pœnit. dist. 7. Nam Deus † nunquam spernit pęniten-
87 tẽ. c. talis de pęnit. dist. 3. Verum sanus in hoc differt ab infirmo, quia † eius arbitrium magis videtur liberum, quam ægrotantis vim morbi sentientis. quòd culpæ, non morbo, vitio dandum est. & circa hæc videndi sunt Naua. in cap. fin. de pœnit. dist. 7. & Menoch. qui fusè loquitur de præsump. lib. 6. par. 2. presump. 94. nu. 13. & seq. Idemq; Nauar. in c. si quis autem num. 1. ead. dist. ostendit, quando quis certus de salute dicatur, & inter certos cõnumerat illos, qui post peccatum sani pęnitentiam egerunt, subditque parum securos esse, qui in finem vitæ pęnitentiam distulerunt. non vitio morbi, vt dixi, sed negligentia penitentis. & eadem ratione in ægritudine baptizatus
88 † non est ordinãdus: quia tã bonũ opus distulit. ideo gl. in princ. d. 77. dist. rectè putauit intelligi debere de illo, qui cum sanus esset distulit, & postmo-

dum ægrotans mortis timore petijt baptismũ. vi. Reuerendiss. Maiolum de irregul. lib. 3. cap. 8. per totũ. & Menoch. de præsump. lib. 1. q. 43. nu. 4. Constat itaque morbum in caussa non esse, vt pœnitentia minus secura sit; & vt quis ordinari non possit, sed negligentia potius; vnde cessant obiecta. mor-
89 busq; obices forsan remoueret. ar. c. post, in fi. de pœnit. dist. 2. vbi † ægritudinem carnis peccatum repellere ostenditur. Ad illud vero, quod ex morbo Clericus Sacerdotale officium exercere nõ potest, ad tempus esse dicitur, &
90 momentaneũ parui faciendũ: sanitate † enim recuperata Clericus officiũ suum recuperat. 7. q. 1. in princ. morboq; durante seruire intelligitur l. 15. ff. de ope. libert. l. si pecuniã. ff. de condit. cau. data. Possumus etiam dicere cum
91 glo. in princ. 7. q. 2. Ægrotos † posse in Ecclesia ministrare, nisi ita debiles sint, quod cęptum nequeant officium implere; nisiq; caducum morbum patiantur, quo ægrotans tactus spumam, & clamorẽ emittat. vi. Caputaq. dec. 236. part. 2. vbi ponit, an morbus caducus reddat inhabilem ad beneficia. Febris ergo indistinctè administrationẽ non impedit, nisi valde ardens sit, & continua, vt latè per Maiol. de irregul. lib. 2. c. 22. per totum. Et cum dicebatur ex morbo fraudẽ præsumi, vt in renunciatione. Respõdetur esse verũ
92 cũ aliæ † præsũptiones, coniecturæq; concurrunt, ex sola enim infirmitate, mortisq; suspicione fraus minimè arguitur. vt per Bursi. cõs. 40. nu. 70. lib. 1.
93 Decian. cons. 32. nu. 13. lib. 3. Quinimo † ratione morbi, doli, & fraudis suspicio cessat. vt per Thobiã cons. 70. in fi. vi. Paris. cõs. 13. nu. 66. & seq. lib. 1. Menoch. de præsumpt. par. 2. lib. 5. præsumpt. 5. nu. 20. Illud autẽ, ꝙ infirmi
94 è Ciuitatibus eijciunt, † obtinet in laborantibus morbo contagioso, & pestilenti, quo affecti propria infirmorũ appellatione nõ veniunt. vt in prima par. c. 23. probauimus. Eodemq; pacto aliud proximum cõtrarium subuer-
95 titur, non enim † statutũ est per superuenientiã cuiuslibet morbi sponsalia dissolui, sed solũ per superuenientiã lepræ c. literas extra de coniug. lepros.
96 Nulla † etenim, quamuis grauis infirmitas, præstat facultatem dissoluẽdi, etiam quo ad thorum, seu mutuam seruitutem. vt per Abb. in c. quoniã in 2. not. eod. tit. vi. Decia. resp. 33. lib. 2. & Armillã in ver. Lepra nu. 2. vbi dicta de Lepra extendit ad alios enormes morbos, quo ad spõsalia de futuro. Sed
97 an † morbus Gallicus sufficiat, colliges ex Claud. Bertaz. in addit. ad cons. crim. Paris. cons. 328. lit. D. vol. 1. ad quem me refero. vi. etiã Nattã cõs. 24.
98 lib. 1. Ad penult. contrariũ. Resp. regulariter † seniũ, atq; ægritudinẽ de rebus suis disponẽdi potestatẽ nõ auferre l. seniũ, vbi Doct. C. qui testam. fac.
99 poss. Nihil enim † est, quod magis hominibus debeatur, quam vt supremæ voluntatis (postquã iã aliud velle nõ possunt) liber sit stylus. vt in l. 1. C. de
100 Sacros. Eccle. Verũ † nemo, neq; etiã ipsi parẽtes huius modi abuti possũt facultate, quocirca tã in vita, quã in morte prohibentur bona sua cõsumere
101 † in fraudem legitimę filiorũ, quicquid senserint Dynus, & Bart. in l. hæreditarium. ff. de bonis auct. iud. possid. contra quos multi tenuerunt. vt colligitur ex Rom. & add. sing. 616. Cępol. caut. 21. Pract. Papi. in libello pro
102 donat. ver. irreuocabiliter num. 7. Et † ita intelligo dictum Crau. cons. 241. Patrem posse omnia sua bona vendere, & precium in mare proijcere.

Vltimi

Vltimi modo obiecti facilis est responsio, sola enim negatione tolli exi-
103 stimo, dicere namque † morbum infirmi, Medicis obesse, veritati non cõ-
sonat, sed videtur contra l. inter eos. in fin. ff. ex qui. cau. maio. vbi I. C. ita
104 scribit. Militum Medici, quoniam officium, † quod gerunt publicè pro-
dest, & fraudem eis, (idest damnum secundum glo. ibi) afferre non debet,
restitutionis auxilium implorare possunt. potiuntur etiam alijs priuilegijs
in iure insertis ipsi Medici, de quibus Æmil. consi. 17. & not. in l. Medicos.
C. de Prof. & Medi. lib. 10. non ergo morbus infirmorum eis nocet, vt neq;
alijs. per tex. in l. idem iuris. §. mulionem. ff. ad l. Aquil. vbi apertè ostendi-
105 tur, quod vnius infirmitas alij nocere non potest. Et quamuis sæpè † Me-
dici medendo irregulares fiant, non ideo sequitur morbum infirmorum eis
nocere, cum non sit irregularitatis origo, sed potius eorundem Medicorum
imperitia, seu negligentia: vbi enim sunt periti, & diligentes, quicquid cõ-
tingat infirmis, illis non imputatur, & consequenter nullã irregularitatem
incurrunt, vt per Innoc. in d. c. tua nu. 3. extra de homi. vbi pariter asseruit,
106 † Medicos debere ægrotis illas medicinas exhibere, quas sciunt secundũ
artem proficere. quod si aliquas tradunt, quas dubitant, vtrum nocituræ,
seu profuturæ sint, peccant: Vt etiam cum vehementer credunt esse profu-
turas, sed aliquid dubitationis habent, vel habere debẽt, ne noceant (intel.
107 vt declarat Sylu. in ver. Medicus nu. 4.) tunc enim † securius est hominẽ
in manu Creatoris relinquere, quam Medicorum. cum ergo bonę, secureq;
dantur medicinæ secundum artem, Medicus tutus est. l. illicitas. §. sicut. ff.
de off. Præsi. c. ad aures. extra de æta. & qualit. & per consequens infirmitas
108 sibi nõ nocet, sed potius prodest ex adductis. vnde statuto pęnali ne † Ma-
gnates possint Palatium ingredi, non comprehenditur Medicus Palatium
ingrediẽs infirmi curandi gratia, ex Bal. in tract. statutorum in vers. magnas
circa fi. & quod mirum videtur, nedum infirmitas ipsi Medico vtilis est, sed
109 † videtur etiam inimico ęgrotantis prodesse. Si enim quis aliquem vul-
nerauit, & ex vulnere mors secuta sit de occiso tenetur. l. ait lex. §. quod si. ff.
* ad l. Aquil. Soci. ex communi consil. 178. col. 2. lib. 2. Verum enimuero cũ
110 † post vulnus febris superuenit, etiã ab ipso vulnere causatã, non tenetur.
vt per Gram. cons. 2. cri. nu. 11. & 12. vide Dec. consl. 51. in fi. lib. 1. & Clarũ
recep. sent. lib. 5. §. Homicidium, ver. quandoq; etiam, & scripta inferius in
111 ver. vulnera. Bene verum est vulnerantem † fieri irregularem. ex Gram.
vbi supra, nam quantum ad irregularitatem attinet, paria sunt vulneratum
mori ex vulnere, seu ex febre ab ipso vulnere caussata, vt plenè ostẽdit Bene.
Vadus Cõciuis meus in eius aureo ad Fely. repert. in ver. Clericus qui vul-
nerauit. Clarè itaq; ex præmissis, ni fallor, probatum extitit, morbum non
inter mala, sed bona potius reponendum, vnde ad fauorem Infirmorũ sem-
per in dubio benigna erit interpretatio facienda; vt tetigi in princ. præsen-
tis proemij, constabitq; ex sequentib. ord. Alphabetico insertis priuilegijs
112 ipsis ægrotãtib. indultis; quę † hoc ord. explicanda duxi, vt facilius quisq;
& promptius ea reperiat. Deo igitur fauente incipiamus, repetita prius vti-
li illa fidei protestatione, de qua in primæ partis Proœmij calce.

PROEMII FINIS.

LITTERA A.

Summarium.

1 Abbates de facili remouentur: sed cum ægrotant, eis datur coadiutor nu. 2. neq; remouentur, & cur. nu. 3.

1 ABBATES ex leuioribus caussis † remoueri probat. tex. in c. qualiter, & quando in fin. extra de accusat. c.
2 per tuas in fi. extra de symo. Propter † Infirmitatem verò minimè remouentur, sed eis, vti cœteris Prælatis, de Coadiutore prouidetur. vt amplè ostendit Io. Franc. Pauinus in tract. de off. & potestate. Cap. sed. vac. q. 6. in 2. par.
3 princ. nu. 4. Idq; † factum fuisse putat, quia afflictis non est addenda afflictio cap. cum percussio. 7. quæst. 1. & etiam quia eos remoueri ex morbo indignum est, quem inuiti naturæ defectu patiuntur. vt in c. ad aures. dist. 5.

Summarium.

1 Abbatissæ infra annum benedictionem petere tenentur, alias puniuntur. eis tamen ex morbo excusat. competit. nu. 2. soleq. virgines benedici possunt. nu. 4. à solo Episcopo. nu. 5.

3 Benedictionis materia vbi tractatur.

6 Sacramenta quæ Episcopo reseruentur.

1 ABbatissæ intra † annum benedictionem ab Episcopo petere debent, alias à iure suo cadunt. vt in Clem. attendentes. §. sta-
2 tuimus de sta. monach. vbi glos. in ver. rationabilis dicit, † excusari
3 cum propter morbũ distulerunt. sequitur Zabarella, ibi, à quo † pleno cornu benedictionis materia explicantur. Idemq. in 3. quæst. ait,
4 Abbatissas quolibet die posse benedici, quæ † debent esse virgines;
5 secundum Capellam Tholos. q. 295. Benedictioq; † soli Episcopo competit; quædam enim sacramenta sibi reseruantur, vt Chrismare,
6 † ordines sacros conferre, & aliæ functiones, vt Virgines benedicere, Ecclesias consacrare, & similia. vi. Panor. in cap. quanto col. 2. extra de consuet.

Summa-

Summarium.

1 Abesse Reipub. caussa quousq. quis dicatur: & nu. seq.
3 Legati facti Infirmi, in legatione salarium obtinent quoad reuertantur.

ABesse Reipub. caussa tam diù quis censetur, quam diù off. du-
1 rat, quod † si finitum sit, iam desit Reipub. caussa abesse. te-
ste Vlp. in l. si cui §. 1. in princ. ff. ex qui. cau. maio. & per consequens
eorum priuilegia non obtinent, qui Reipub. caussa absunt; in eo tit.
2 contenta. ff. ex qui. cau. At † ægrotantes etiam finito off. abesse in-
telliguntur, quo ad reuerti possunt. ex Bart. in d. l. si cui. §. 1. vnde eli-
3 cit pro Legatis argumentum; vt si † in Legatione infirmi euadant,
illis salarium præstãdum sit, donec reuerti possint; idem voluit Re-
buf. in l. morbus col. 3. circa mediũ. ff. de verb. signif. sequitur Caroc.
de Locato 3. edit. par. 2. quæst. 3. vbi nu. 2. ampliat, vt ei sint reficien-
dæ omnes expensæ in Infirmitate factæ.

Summarium.

1 Peccata ore proprio quis debet confiteri, non per nuncium.
2 Erubescentia partem habet remissionis.
3 Mutus ex morbo pœnitentiæ fructum obtinet.
4 Absolui non potest, nisi à Romano Pontifice, qui in Clericum, vel Monachũ violentas manus iniecit, nisi valdè ægrotet. vi. nu. 6. 7. 8. & 9.
5 Cap. si quis suadente Diabolo 17. q. 1. materia, vbi tractetur, & nu. 8.
9 Sacerdotes necessitatis tempore ab omnibus peccatis absoluunt, qua cessante ad superiorem recurrendum. nu. seq.

1 ABsolui vt quis à peccatis possit, ore † proprio per se ipsum te-
netur, non per nuntium, interpositamq; personam peccata
2 Sacerdoti confiteri. c. quem pœnitet, de pœnit. dist. 1. vbi † dicitur,
Erubescentiam partem habere remissionis; Verum, si quis morbo
3 oppressus obmutescat, † pœnitentiæ fructum potest accipere c. qui
recedunt. c. is, qui, cum seq. iunctis gl. 26. q. 2. & pro germana istorũ
canonum intelligentia omnino videndus est Nauar. in suo Manu.
confess.

confeſ.cap.27.& nu.269.& cap.26.nu.28.ad quem me refero, & ad Medinum de Inſtruc.confeſ.lib.2.cap.8.pag.192.& Corrad.in reſp. caſ.conſci.q.10.& omnino Thomas Verola de ſacram. pœnit.c.13.
4 q.2.Prҽterea † quamuis non poſſit quis niſi à Romano Pontifice abſolui, cũ in Monachũ, ſeu Clericum violentas manus iniecit.c.ſi
5 quis ſuadente Diabolo 17.q.4.ſuper † cuius cap.materia amplè ſcripſit Clar.in pract.crim.q.77.nosq; poſt eum in marginibus.Fauore
6 tamen periculosè ægrotantis † Epiſcopi abſolut. concedunt. vt per Franc.Mar.q.ſeu deciſ.829.per tot.in 2.par.ſuperiusq; q.826.in fin.
7 ſcriptum reliquit † etiam Presbiteros in caſu neceſſitatis abſoluere
8 poſſe(vide eũ in præcedentib.ſequentibusq; deciſ.92.plena † manu agit mat.d.c.ſi quis ſuadente, vt etiã Turrecrem. in c.ſi quis 17.q.4.) immo talis facultas in mortis articulo non videtur ipſiſmet Laicis denegata.Abb.in c.paſtoralis de off.ordin. Syluestrina in ver.Abſolutio,el 1.nu.9. Cæſarq; Nuptius Foroſempronienſis in ſuo compendio de Sacram.pœnit.art.17.nu.9.(vi.tamen Nauar. in cap.1.in princ.de pœnit.diſt.6.qui contrarium ſentire videtur:Tu autem diſtingue cum Abb.in c.paſtoralis.§.præterea de off.ordi.num.3.facit
9 infra quod dico in ver.Confiteri nu.9.) Nulla † enim reſeruatio eſſe intelligitur in neceſſitatis,mortisq; articulo.Concil.Trid.ſeſſ.14.c.7. in fin.& dicam inferius in ver.Reſeruatio,vbi.vi.& Nauar.in d.Ma-
10 nu.Conf.cap.26.nu.26.& nu. ſeq.probat † tenen infirmos ſanitate recuperata ſe ſuperiori præſentare pro peccato reſeruato habente excommunicationem annexam,alias minime vi.Graf.in dec.caſ.cõſci. lib.1.cap.13.nu.90.part.1.

Summarium.

1 Aduocati Infirmis à Iudice dandi; quibus effectis Infirmis ſuper ſedendum eſt in cauſſa nu.4.decl.vt nu.ſeq. Peccatq; ſi gratis Aduocare recuſat per ægrotante paupere nu.6.

2 Iudex regulariter officium ſuum irrequiſitus nõ interponit, & in cauſſa ſummaria non cogitur dare dilationem pro reperiendo Aduocato nu.3.

7 Salarium ex publico quando Aduocatus exigere poſſit, & an pro tempore morbi, & hæredib.debeatur nu.10. & ſeq.

8 Forũſempr.quot annis præſtat ſalariũ de publico, & Aduoc.Procu.Pauperũ.

Aduocati

1 ADuocati à Iudice ægrotantibus † dandi sunt.l.nequaquam. §. obseruare.ff.de off. procons. quamuis regulariter officium suum
2 minime interponat, † nisi petitum sit.vt not.in l.1.C.vt quæ desunt Aduoc. & plene Soci. reg. 197. Et in specie quando caussa est sum-
3 maria, † non compellitur Iudex dilationem pro Aduocato reperiẽdo concedere ex Cassaneo cons.45.nu.30.post Fely. citatum in c.1. extra vt lit. non contest. licet pluries cõtrarium obtinuisse affirmet Thomas Diplouat.add.ad Bart.in consti.ad reprim.in ver.sine strepitu,nu.3. eiusq; sentẽtia ad fauorem infirmi mihi probatur, etiam
4 in caussa summaria. Scias præterea,quod † si Aduocatus ægroto datus,& ipse infirmus fiat,expectandus est, nisi morbus diù duraturus sit. vt per Bart.& Alex.in l.si longius. ff. de re iudic. Idem Bart.in l. ait Prætor.§.fin.ff.ex qui.cau.maio. & in fin.l.vlt. ff. de vacat.mune. Asin.in pract.ciu.iud.§.24.cap.4.nu.4.quod si nõ expectatur, restit. in integrum locum habet,vt per Oddum de restit. in integr.part.1.
5 q.13.art.8.vi.Ludou.decis.Perus.36.nu.7.par.1. Hoc † tamen limita,vt per Fely.in c.1.extra vt lit.non contest.& per Dec.in rub.C.de
6 repu.bono.possess.nu.3.& 4. Nec omittendum puto † Aduocatum peccare,si eius operam gratis præstare recusat pro paupere ægrotante. Caccial.auctore in suo tract. de Aduoc.q.3.nu.10. Sed tunc for-
7 tasse poterit † ex publico mercedem exigere.ex eiusdem Caccial.sen tentia. Hinc Gram. super consti. Regni tit. de dandis Aduoc.nu.4.
8 affirmauit, † de salario Curiæ Aduocatum pauperum conducendũ,
9 vti multis locis seruatur, & in Ciuitate † Forisempronij Patria mea, quotannis creatur Aduocatus, & Procurator pauperum, eis de pu-
10 blico salarium præstatur,quod † etiam hæredibus debetur,vbi ipse ante annum finitum moriatur, ita vt Aduocati munere fungi nequeat.l.1.§.diuus.ff.de var.& extraord.cognit.l.post duos. C.de Aduoc.diuers.iud. Scribentes in l.diem functo.ff.de off.assess. & eadem ratione debetur pro tempore infirmitatis, vt dicam inferius in ver.
11 Salarium. & nota † quod si illud habuit, & propter morbum non possit Aduocare, & cliens alterum conduxit non tenetur restituere. secundum Viuium in Sylua com.opin.ver. Aduocatus nu. 8.

Summarium.

1 *Aggressor quis in dubio præsumatur, infirmique, & debiles non præsumuntur.nu.2.*

1 AGgressor quis in dubio præsumatur † passim Doct.ostendũt, præsertim Mod.Crimin.vt Vulpel.& Bertaz.in crim.consi-
2 lijs; quo ad rem nostram † liquere existimo, infirmos, debilesq; aggressores non præsumi, sed robustiores. ad tradita per Cæpol.Alcia. Carrer.& Blancum in locis citatis ab eodem Bertaz.cons.crim.121. nu.14.lib.1. idemq; priuilegium senibus competere demonstrauit Fab.Montele.de priuil.senect.cap.5.nu.29.

Summarium.

1 *Alearum ludus in tantum Clericis prohibetur, vt eos consuetudo non excuset, sicut excusat infirmitas. nu.2.*

1 ALearum ludus ita Clericis prohibetur, vt non valeat contraria consuetudo, † etiam si ludatur respectu cuiusdam voluptatis.vi.Abb.in c.Clerici extra de vita,& honest.cleri. Addent.Capel.Tholos.q.192.& scripta à nobis in tract.Ludi Scacch.q.4. prin.
2 num.16. Si † tamen ipsi Clerici sunt infirmi, & recreationis gratia aleis ludũt, excusantur, vt per Capram in suis regulis reg.86. nu.40.

Summarium.

1 *Alienari non possunt bona fideicõmisso subiecta, etiam fauore piæ caussæ.nu.2. sed bene fauore infirmorum nu.3. & caussa alimentorum. nu.4.*
5 *Alimentorum appellatione veniunt medicinæ, & Medicorum expensæ.*
6 *Infirmi an sint vocandi in tractatu alienationis rerum Ecclesiæ.*

1 ALienari non posse † bona fideicommisso subiecta certum est. vt per Doct.omnes in l.filiusfa.§. Diui.ff.de leg.1. & in aut. res quæ.C.commu.de leg.intantum, vt Curt. ibi affirmauerit, etiam
2 fauore † piæ caussæ prohiberi alienationẽ, quod an verum sit colli-
3 ges ex Addent. Rom.cons.267. Infirmitatis tamen fauore † alienatio permissa videtur.ex cons.Bald.332.incip.pręmittendũ est nu.3. lib.1.& cons.20.incip.quid importent.lib.2. Crauettaq; in cõs. pro Genero nu.94.confert Menoch.de arb.iud.cas.182.nu.65. Ideoque alienatio facta per grauatum infirmum bona fide facta pręsumitur. teste

teste Excellentiss. Sorbolongo in consil. pro sorore num. 103. post Rui.cons.4.num.10.lib.1.Paris.cons.13.nu.66.& seq.lib.1. Gozad.
4 cons.90.nu.10. Permittitur etiam fauore † alimentorum bonorum prædictorum alienatio, vt per Bart.& alios in d.aut. res quę.C.com-
* mu.de leg.Alex.cons.59.nu.8.lib.5.vbi limitat.& Rom. d.cõs.267.
5 vbi addent.de communi testantur. Alimentorum † autem appellatione veniunt medicinæ, Medicorumque expensæ, vt latissimè per Rol.cons.22.nu.3.lib.1.& per Moder.Perettum in extrauag.Ambi-
6 tiosæ, de rebus Eccles.non alien.pag.141.nu.11. Sed an † ad tractatum, qui præcedit alienationem rerum Ecclesiæ infirmi sint vocãdi? & affirmatiuè concludit Redo.de reb.Eccle.nõ alie.q.25. nu.62.

Summarium.

1 *Filius robustus, & sanus à Patre non est necessariò alendus, sed operari tenetur, & tamen ægrotans alitur. nu.2. & 7. & contra Patrem iudicis officium imploratur. nu.3.*
4 *Judex benigne audire debet ægrotos, eisq; fauere. nu.6.*
5 *Præfectus Vrbis audit Patronos de suis libertis quærentes.*
7 *Jmpotentiam allegans interim non est alendus, nisi sit æger.*
8 *Patronus ius non habet in bonis liberti, nisi pro alimentis tempore morbi.*
9 *Alimenta morbo tantum durante præstari debent, neque attenditur, quod quis possit infirmari nu.10. & præstita in domo Titij Seio, à Titio præsumuntur præstita nu.11.*
12 *Transactio de alimentis, quæ requirat.*

1 ALimenta † denegari possunt à Patre filijs sanis, & robustisq;, nihil operantibus, vbi operari ob gradus conditionem dedecus illis non est, vt scripsit Bart.in l.vni.num.6. C.de mendi.vali.
2 lib.10. Cum autem † filij ægrotant, etiam si nihil operentur, ali debent à Parentibus.vi.Surd. de alim.tit.7.q.6. nu.17. Graff. decis.cas. consci.lib.2.cap.59.nu.2.par.1. contra quos recusantes officium Iu-
3 dicis debet implorari, † forma tradita à Specul.tit. qui filij sint legi-
4 timi nu.5.quam referre superuacaneum existimo. Iudexq; † tenetur prouidere, iusq; administrare. per tex.in l.1.ff.de off.prætor.Vrb.vbi
5 Vlp.scripsit. Præfectus † audiat Patronos egentes, & de suis libertis

quærentes, maximè si ægros se esse dicant, desiderentq; se à libertis exhiberi, idest ali, secundum expositionem Budæi ibi. cōfert etiam. l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de lib. agnosc. ad ostendendum,
6 † Iudicis partes esse ęgrotantibus de alimentis prouidere. vnde dixit
7 Specul. in loco mox citato nu. 10. quod si is, qui † alimenta petit, potest se alere de suo, sed impotentiam allegat, interim non est alēdus,
8 nisi infirmus sit. arg. l. fin. ff. de lib. agnos. in qua probatur † Patronū ius in bonis liberti non habere, nisi pro alimentis tempore infirmitatis, quorum appellatione, iam dixi, Medicinas comprehendi, & ex
* communi probat. A sca. Clement. de Patria potest. effec. 17. num. 38. circa fi. Viu. in Sylua opi. 44. Antedictaq; de alimentis ægroto præ-
9 standis, † morbo durante tantum procedunt. vt per Ludou. cōmu. opin. lib. 1. vers. quando infirmitas; vnde dixit Rim. iun. cons. 584. num. 77. lib. 5. quod non sunt præstanda alimenta filio, qui operari
10 potest, ex eo quod posset infirmari, sed solum † veniēte morbo pręstabuntur. vt per eum. vi. Decia. resp. 30. nu. 3. in fi. lib. 2. & Rim. iun. cons. 133. in fin. vbi ait duo copulatiuè requiri, vt filio alimenta de-
11 negentur, vt sit sanus, & artem habeat. Et alimēta præstita † in Domo Titij, Seio, ab eo illa præsumitur habuisse, & cætera necessaria, vt per Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 71. nu. 6. Et cum alimen-
12 ta cum vita finiantur, alimentorum transactio, † vt valeat, inter alia consideranda est valetudo eius, qui transigit. l. cum hi. §. modus. ff. de transact. Scias etiam non semper medicinas deberi ab eo, qui alere tenetur. vi. Surdum de alim. tit. 4. q. 5. nu. 13. & seqq.

Summarium.

1 *Appellationis prosecutio debito tempore non facta ab ægrotante, eidem non nocet, vel restituitur. Declara vt nu. 2.*

APpellantes habent annum ad prosequendum appellat. & ex caussa biennium. aucto. ei qui. C. de temp. appellat. Verum
1 † si præfixo, statutoq; tempore ob morbi impedimentum persecuti non sint, excusantur. c. ex ratione extra de appel. debentq; à Papa, seu superiore, cui hoc competit, releuari. c. cum sit Romana eod. tit. Rebuf. in l. morbus col. 2. ff. de verbo. signif. vi. Cassado. decis. 6. nu. 4. tit. de appell. vbi probat, Infirmum excusari, vel restitui. Declara vt per

Lancel.

Lancel.de Attent.appellat.pen.lim.15.nu.6. Et an isto casu probēt morbum, per iuramentum decet Specul. de appellat.§.nunc breui-
2 ter nu. 6.Card. in Clem.sicut de Appella. Scias † autem quòd lapso primo anno sententia executioni mittitur, nisi iustum allegetur, & probetur impedimentum, ob quod caussa expediri non potuerit.vt post Osas.dec.28.aliosq; citatos dixit And.Fach.contro.Iu.lib.c.79.

Summarium.

1 Arbiter quis dicatur, & an cogatur sententiam dicere, præsertim si ægrotat. nu.seq.vsq; ad finem.

1 ARbiter ille est,† qui inter partes Iudicis assumit officium, non qui amicabiliter componit.ex Bart. in l. Idem Pomp.§.rece-
2 pisse, per illum tex.ff.de recep.arbi. Hic † licet sententiam dicere cogatur, tamen ex morbo excusat.consequitur.l.licet autē.ff.eod.diesq; differtur.vt in l.seq. scripsit Paul.tunc, inquam cum Infirmitas modico tempore duratura est, alias nequaquam.teste Accurs.in scholijs ad Paullum, & not. in l.si longius.ff.de Iudic.

Summarium.

1 Archiepiscopus propter morbum, aliamve iustam caussam suorum suffraganeorum consecrationem alij committere potest.

2 Ordinare, nec ordinari potest schismaticus, suspensus, & excommunicatus.

3 Prouincia quot Ciuitates requirat.

ARchiepiscopus propter Infirmitatē, aliamve iustam caussam
1 consecrationem sui suffraganei † alij committere potest, qui non sit schismaticus, suspēsus, vel excommunicatus, sed catholicus,
2 nam prædicti † neq; ordinare, neq; ordinari possunt. vt habetur in cap.quod sedem iuncta gloss.extra de off.ordi.& notat Lancel.Inst. Can.tit.de Consec.§.quod si. Et postquā de Archiepiscopis mentio
3 incidit, scias † quod vnaquæq; Prouincia habere debet, decem, seu vndecim Ciuitates, vnum Regem, & totidem minores Potestates

sub se,

ſub ſe, vnum Archiepiſcopum, decemq; vel vndecim Epiſcopos.vt dicit expreſſe tex. in c.ſi totæ. 6.q.3.

Summarium.

1 *Auxilium delicto præſtitum non fuiſſe, morbus oſtendit.*

2 *Officialem iuuare, & capere maleſactorem qui teneantur.*

AVxilium delicto præſtans ſine dubio pœnam incurrit.vt Criminaliſtæ paſſim oſtendunt relati à Claro in Pract. crim.§.
1 vlt.quęſt.90.Auxilium † verò pręſtitum non fuiſſe maleficio, ex illo probatur, quod imputatus probat tempore maleficij ægrotaſſe. ex Bal.in l.1.§.quod ſi.ff.ad Syllani. Item ſcias,quod dato,quod quis
2 † teneretur iuuare officialē, & capere malefactores. in quo vi.Capy. deciſ.149.& Surd.plene conſ.83.per tot.lib.1. vbi num.5.ait teneri tempore neceſſitatis, & cum poteſt ferre auxilium ſine diſcrimine, & offertur ſalarium: Tamen Infirmus non tenetur,vt inter alias limitationes hanc ponit Montele.in Praxi crim.pag.mihi 334.



LITTERA

LITTERA B.

Summarium.

1 Balnea intrare Religiosis ex caussa permissum est.

BALNEA intrare Religiosis, concessum nō videtur,
1 nisi † ratione infirmitatis, similisve necessitatis, vt post glo. in c. omnis 24. q. 1. scripsit Summa Syluest. in ver. Balneum num. 2. dicens necessitatem hoc casu sumi pro qualibet licita corporis refocillatione. idemq; sentit Graf. in decis. cas. consci. lib. 3. cap. 5. nu. 115.

Summarium.

1 Banniti an impunè offendi possint, saltem vigore statutorum. nu. 2. & seq. Infirmiq; eis, bonaq; ipsorum obligentur. nu. 4. & seqq.
7 Denunciatio Banniti ab infirmo non facta non punitur.
8 Bannitus excusatur à contumacia ratione infirmitatis.
9 Hostes ægrotantes mitius cæteris tractandi.
10 Vulnerati in persecutione Bannitorum maiori præmio digni.

1 BAnniti de iure communi non possunt † impunè offendi: vt
* post Bart. cęteri Moderniores cōmuniter tradunt in l. vt vim.
2 ff. de iust. & iur. Verum † in tota ferè Italia extant statuta, atque sanctiones contrariæ, id nedū permittentes, sed etiam strictè præcipien-
3 * tes, & † tenere ex communi Doct. sententia probauit Clar. lib. 5. recept. senten. §. Homicidium. vers. plerumque cum pluribus seqq. solent etiam statuta præcipere capturā Bannitorum, obligando ad pœnam oppida, castraque, & vniuersitates circa hoc negligentes.
4 Quibus statutis, † & constitutionibus infirmos nō ligari post multos per eū citatos nouissimè firmauit Borgni. decis. 22. nu. 13. par. 2.
5 subditq; eo loci, † bona eorundem non posse ob dictam caussam collectari, & grauari, sed omne damnum emendandum per alios
6 † habiles ad offensionem, capturamq; Bannitorum. citat Innoc. in c.

graui.

graui. extra de ſent.excommu.aliosq; graues Auctores,quibus adde Bar.in l.ſi tertius,in princ.num.6.ff.de aqua pluu.arcen. excuſantur
7 † etiam infirmi non denunciantes Bannitos officialibus, vt pœnali conſtitutione cautum eſſe ſolet.vt plenè per Bertaz.cōſ.144. nu.12. lib.1.quia ipſi infirmi non poſſunt dici contumaces, & inobedien-
8 tes,vt per eum,& dicam in ver.contumacia. Vnde Bannitus † in cō-tumaciam excuſatur, cum morbus, non comparendi cauſſa fuit. vt plenè per Farin.lib.1.quæſt.crim.q.11.nu.53.& antedicta compro-
9 bare videntur, † vt ſi inter hoſtes ſint ægri,mitius cœteris tractandi ſint,faciunt dicta. Exod.23. & plenè congeſta per Benzon. de fuga in bello quæſt.3. in 10.dubio. Item ſcias,quod ex præmio propoſi-
10 to illis,qui Bannitos proſequuntur,& occidunt,magis † participant vulnerati in perſecutione, quam alij propter expenſas, quas facere coguntur in curatione, vt benè probat Pedrocch. cōſ.9. per tot.vol. 1. vbi in princ. idem dicit de Nobilibus, vt plus commodi conſe-quantur,quam Ruſtici.

Summarium.

1 Baptiſma à ſolis Sacerdotibus tractandum,non autem à Laicis nu. 2. niſi in neceſſitate num.3. tunc enim alijs etiam conceditur. vt num.ſeqq. & quæ differentia ſit inter Laicum, & Sacerdotem. vi.nu.8.9. & ſeq. & nu.11.& ſeq. & neceſſitas facit,vt omni tempore Baptiſma concedatur. nu.14. quibus autem locis materia baptiſmatis tractetur. vi.nu.15.

6 Hæreticus an, & quomodo poſſit baptizare. & nu.ſeq.

13 Cathecumeni quo tempore baptizandi.

14 Baptizare an quis poſſit ſemetipſum.

1 BAptiſma,ideſt Baptiſmatis † miniſterium; à ſolis,conſtat,Sacer-dotibus tractandum eſſe, vt expreſſe cautum fuit in c.conſtat.
2 de conſacrat.diſt.4.Quod ita verum eſt, vt † Laicus miniſtrare non poſſit etiam ex Summi Pontificis Delegatione, vt contra gl.in cap.
** manus de conſacrat. diſt.5. magis communiter Canoniſtæ conclu-dunt teſte Abb.in cap.4.quanto col.3. extra de conſuet. & Turzan.
3 in ſua octaua communi opin. Verùm † enim vero nequis ſine tam ſalutari remedio de ſæculo euocetur, in neceſſitate conſtitutos, vt

grauiter

grauiter ægrotantes eſſe ſolent, etiam Laici Baptizare poſſunt. vt in
d.c.conſtat.c.in neceſſitate d.4.diſt.& in c.ad limina 30.q.1.Conce-
4 ditur Patri, † vt poſſit filium in extremo vitæ poſitum Baptizare.
5 quæ facultas tunc † etiam mulieribus non denegatur c. mulieri, ea-
6 dem 4.diſt.Immò non denegatur Infidelibus † c. à quodam,eadem
4.diſt.& in c.ſi quis per ignorantiam 1.q.1. ſcriptum eſt, Romanũ
7 Pontificem hominem baptizantẽ non iudicare, licet † paganus ſit.
Intellige tamen, dummodo iſti Baptizent in forma Eccleſiæ con-
ſueta.ita declarat Turrecrem.in c.hi qui in princ.de conſecrat.diſt.4.
omnino videndus, vna cum Nic.Arlet.de Hæret.not.34. & Nauar.
8 in Manu.Confeſ.cap.22.poſt nu.7. Scias autem, Sacerdotes † omni
tempore miniſtrare poſſe hoc Sacramentum, Laicos ſolùm neceſſi-
tate vrgente.vt per Abb.& Adden. in d.c.quanto col.6.extra de cõ-
9 ſuet.vbi ſubdit, quod † ſi præter neceſſitatem Laici Baptizant, licet
teneat Baptiſmus, ipſi pœnam incurrunt,quia vſurpauerunt officiũ
10 Clericis deputatum. Nec te fugiat, † quod præſente proprio Sacer-
dote, ideſt Parocho, etiam in neceſſitate, nullus alius debet Bapti-
zare, & præſente alio Sacerdote, ille, qui non eſt Sacerdos abſtinere
debet, & præſente Diacono, non Diaconus, & præſente Subdiaco-
no, non Subdiaconus, & præſente Clerico,non Clericus,& præſen-
te maſculo,fœmina abſtinere debet, & præſente fideli, infidelis, ſi
11 modo † ſupradicti,quibus magis incumbit,ſciunt,volunt,& poſsũt
Baptizare. vt notanter explicat Summa Thabi. in ver. Baptiſmus 6.
12 nu.3.poſt D.Tho.citatum. Alia poſſem recẽſere,quæ † circa Baptiſ-
mi Sacramentum ratione morbi, in d.4.diſt.de conſecrat. diſpoſita
ſunt, ſed omitto, cum ab vnoquoq; legi valeant. ſolum placet re-
ferre diſpoſitionẽ c.de Cathecumenis cum ſeq. eiuſdem diſt.vbi di-
13 citur † Cathecumenos Baptizandos eſſe in Paſchali feſtiuitate, vel
Pentecoſtes, cæteris ſolemnitatibus ſolum Infirmos, ſeù in ſimili
neceſſitate coniectos. Et ſi quis alia diſpoſita ob neceſſitatem in hoc
Sacramento cupit,adeat Franc.Marci.quæſt. ſeu Deciſ.950.cũ ſeqq.
14 par.1.& allegationem Lapi 104.ſed † nunquid in neceſſitate poſſit
quis ſeipſum Baptizare? & permiſſum non videtur ad plenè cumu-
lata,per Cardi.à Turrecrem.in d.c.in neceſſitate de conſecrat.diſt.4.
Cardi.Tolet.de Inſtr.Sacer.lib.2.cap.20. (vbi omnes refert,qui poſ-
ſunt in neceſſitate Baptizare.& circa finem ait, nõ eſſe Baptiſmum,
cum multi Baptizant,& dicunt, nos te Baptizamus:ſecus ſi ſinguli

dicerent. Ego te Baptizo.) dixit tamen Paul. Grisal. Ordi. Prædicat. in suis Decis. fidei, in ver. Baptismus nu. 48. quod iste, qui id faceret, ad Cęlum, si eo tempore moreretur, euolaret, non virtute Sacramenti aquæ, sed flaminis, subditq; denuò per Sacerdotem Baptizandum esse, si forte superuiueret.

Summarium.

1 *Baptisterium quid sit. & quis possit illud introire. nu. 2.*

1 BAptisterium † dicitur locus ex ligno, seu lapide ædificatus, in quo lauandi gratia mergi solet. de hoc loquitur tex. in c. omni
2 tempore in fi. de consecrat. dist. 4. vbi dicitur non licere † Presbytero prius Episcopo introire in Baptisterium, sed solùm cum ipso Episcopo, nisi fortè ille absens esset, seù Ægrotus.

Summarium.

1 *Subditi qui teneantur se conferre ad bellum iussum Domini.*

1 BEllum iustum facit, vt subditi teneantur iussi † à Domino ad illud se conferre, nisi sint ex personis, quæ ab oneribus personalibus excusantur, vt senes, infirmi, & similes. Armilla ver. Bellum nu. 32.

Summarium.

1 *Beneficiatus debet infra annum curare, vt ad Sacerdotium promoueatur; alias priuatur, licet ei ex morbo excusatio competat. nu. 2.*
3 *Beneficium in infirmitate repudiatum, recuperatur ea cessante.*
4 *Episcopus recuperat Episcopatum, si sanus sit.*

BEneficiatus ad regimen Ecclesiæ Parochialis assumptus, debet
1 infra † annum à die sibi commissi regiminis numerandum, facere se ad Sacerdotium promouere. quo elapso si promotus nó fuerit, priuatur, nulla etiam monitione præmissa. vt dicit text. in c. licet canon.

2 canon.verſ.& infra de elect.lib.6. Verum ſi propter † morbum ceſſauit, excuſatur, & vbi excuſatio non admitteretur, poſſet appellare.
3 ſecundum glo.in eo cap.in ver.priuatur in fine. Et qui † in infirmitate beneficium refutauit, ſi conualuit, illud recuperat. 17.q.2.facit c. poſt translationē.§.cęterum extra de renunc. vbi dicitur, quod Epi-
4 ſcopus † Epiſcopatum recuperat morbo ceſſante, à quo propter morbum ſe abdicauerat. facit c. præſentium cum ſeq. cap.7.q.1. Scias etiam beneficiatos ægrotantes aliquid poſſe donare per viam elemoſynę.c.ad hęc de teſtam.plenè Nauar.in trac.de reddi.Eccleſ.q.1. 34.monito per tot.& monito ſeq.ampliat etiam in regularib.vi.cū.

Summarium.

1 *Benemerito facta donatio ſit irreuocabilis.*
2 *Seruitia in infirmitate facta, quid operentur. & nu.ſeq.*
4 *Legatum factum benemerito an irreuocabile ſit.*

BEnemeritus dicitur, qui periculosè ægrotanti ſeruitia exhibuit, vt poſt citatos ſcripſit Boer.deciſ.228.nu.12.vbi ſubdit, quod
1 ſi hac de cauſſa † fiat donatio, irreuocabilis eſt, quia remuneratoria per tex.not.in l.ſi Pater.§.ſi quis aliquem iuncta glo.ff.de donat.vbi etiam probatur talem donationem inſinuatione non egere. Scias
2 tamen non omnia † ſeruitia ægroto præſtita prędictos effectus operari, ſed ſolùm magna in longa infirmitate exhibita, ſeu in morbo contagioſo, etiam breui argumento d.l.ſi Pater.§.ſi quis, ibi laboris
3 eximij. & traditorum à Boer.præcitato. Item † videtur requiri, vt à coniunctis non fuerint præſtita, vt ſunt vxor, filij, fratres Germani, ſimilesq; ad congeſta ſupra in pri.par.cap.47.nu.33. Et ſi ſcire cupis an ſicut donatio facta ob merita reuocari non poteſt, idem ſit in le-
4 gatis, † vi.Ruin.conſ.162.nu.10.lib.4.Manticamq; de coniect.vlt. volunt.lib.12.tit.5.nu.17.

Summarium.

1 *Berruarij, ſi ex Iudicis mandato aliquem capere volunt, & ille reſiſtit, quādo offendere poſſunt. & nu.ſeq. qui tenentur capiendi licentiam oſtendere.nu.3. limita vt nu.4.*

BErruarij si ex Iudicis mandato aliquem capere volunt, ipseque
1 capiendus resistit, ne capiatur, possunt † impunè illum occide-
* re, vt ex communi firmauit Clar. lib. 5. recept. sent. §. fin. q. 29. post
Bald. in l. fin. C. de exhib. reis. asserentem, se de facto vidisse liberatū
quendam Berruarium, qui vulnerauerat capiendum. & idem Bal. in
2 l. serui. ff. de statu. homi. cum Iac. de Arena putauit, † puniendum oc-
cidentem iam captum, seu eum, quem facile capere poterat. Itaque
cum infirmi facilè capi possint, paruimq; ad fugam, minusq; ad resi-
stentiam apti sint, profectò à Berruarijs impunè non offenduntur.
ad tradita per Gram. videndum decisio. 41. & in materia resistentię.
3 vi. Clarum vbi supra, vbi scripsit teneri † Satellites ostendere licen-
tiam in scriptis capiendi, alias rei possunt aufugere, & resistere, quod
4 forsan † non procedit, cum in loco capturæ Superior reperitur: quia
de eius mandato præsumi potest fieri capturam, & faciliter notum
fiet. faciunt tradita per Ludou. in decis. Perus. 104. Aduertant ergo
rei priusquam se opponant, & satellites priusquam captos offendāt,
vulnerentque capiendos. vi. Farinac. quæst. crim. 32. nu. 48. lib. 1. &
And. Fachineum controu. iuris lib. 9. cap. 74. vbi rationi aduersari
ait, quod lictores fugientes vulnerent, occidantve, nisi essent tales, vt
possent impunè offendi.



LITTERA

LITTERA C.

Summarium.

1 *Calumniari præsumitur accusator, accusatorem non probans. Fallit in infirmo num.2.*

3 *Infirmi magis memores salutis æternæ, quam sani præsumuntur.*

4 *Vulnerati, infirmiq; assertio an hæredes à calumnia excuset.*

1 CALVMNIARI accusator † eo ipso præsumitur, quod accusationem non probat. ex glos. in c.2. vers.
* calumniãdi extra de calum. quam cõmuniter Doct. approbant. teste Claro in pract. crim. q.62.vers. dixi
2 supra. Hanc † tamen præsumptionem auferre infirmitas videtur. vt in specie sentit Gomes. ad regul.cancel.de infir. re-
3 sig.in 25.Infirmitatis priuilegio. Ratio fortasse ea est, quia † memores æternæ salutis magis esse credendi sunt ægrotãtes. ad tradita per
4 Alcia.de præsump.reg.3.41.præsump. Vnde † cogita an, sicut dictũ vulnerati morientis excusat à calumnia hæredem, qui accusauit à
* moriente vulnerato diffamatum.vt ex communi probauit.idẽ Clar. in d.pract.crim.q.21.vers. assertio vulnerati post medium. eodẽ pacto excusat dictum infirmi: & excusare puto per text. in l.qui cum natu, circa fin.ff.de bonis libertorum.

Summarium.

1 *Infirmi carcerari possunt, sed eorum ratio est habenda. vt nu.3. & seq.*

2 *Senes possunt carcerari, & nu. seq.*

4 *Iudex remissus esse debet in carcerando senes, & infirmos, quibus potest assignare domum, & Ciuitatem pro tuto carcere nu.4. quod si facit, accipiat fideiussores de rapræsentando, seu custodes adhibeat. nu.6. & 7.*

5 *Carcer non ad pœnam, sed ad custodiam repertus.*

8 *Carceratorum infirmorum gratia, quæ disposita sint in Bullis.*

9 *Fideiussores primi, si alij dentur, an sint liberati.*

Carcerati

CArcerati multa, & grauissima incommoda sentiunt, cũ carcer sit mala mansio, vnde Sebast. Med. de fort. cas. quest. 6. nu. 14.
1 par. 2. scripsit. Infirmos † carcerari non posse, citans Mars. in pract. crim. §. attingam nu. 15. qui in libro meo hoc non dicit, nec ipse affirmare, ita simpliciter audeo, sed forsan ei adhærerem in casu grauissimi morbi. ad tradita per Moder. Farin. q. crim. 27. nu. 87. lib. 1. & dicã inferius in ver. Tortura circa princ. aliàs minimè. Video enim senes, infirmis æquales, tali priuilegio non gaudere. vt per Cachera-
2 num decis. Pedam. 123. dum voluit senem † sexagenarium carceratum non esse à carceribus relaxandum, sed aliquam ætatis rationem habendam, & consequenter arctè, nõ detinendum, vt neque etiam ægrotantes. ad glos. in l. si vt certo. §. quod vero. ff. commod. Mars. in
3 loco præcit. Infirmorum † ergo, vt senum carceratorum ratio ha-
4 benda est, quos Iudex protegere tenetur, qui † remissus esse debet in istorum carcerat. teste Neuiz. cons. 52. nu. 10. vbi nu. 23. subdit, potius debere inclinare in concedendo eisdem Ciuitatem, seu saltem domum pro tuto carcere, cum presertim locus carceris valde noxius
5 esset. non enim ad pœnam, † sed ad custodiam inuentus est carcer.
6 vt per Brunum de indit. q. 2. nu. 2. par. 2. Consulo † tamen Iudici, vt sibi prospiciat, cum domum, & multò magis cum Ciuitatem pro tuto carcere assignat, seu accipiẽdo idoneum fideiussorem de repræsentando secuta reconualescentia, (cui in custodiam cautè infirmũ traderet. ad Rim. iun. cons. 135. nu. 23.) seu custodes adhibendo do-
7 mui, † sumptibus ipsius rei. iuxta scripta à Gram. cõs. crim. 55. nu. 9. & Farin. q. crim. 27. nu. 87. eodemq; Gram. super constit. Regni. tit. de his, qui fideiuss. dare non possunt. nu. 41. vi. tamen Boer. decisio. 303. & infra verbo, Not. & Bart. in contrarium in l. is, nu. 2. ff. de iu-
8 reiur. Et † si quis scire cupit dispositiones factas à summis Pontificibus fauore infirmorum Carceratorum, tam pro caussis criminalibus, quam ciuilibus. legat const. 58. Paulli 3. circa fi. & 89. Pij v. non refero illas, quia solum factæ videntur pro infirmis in Romana Cu-
9 ria Carceratis. An † autem fideiussores de non discceden. à carcere sint liberati per translationem carcerati ægri in alium locum cum promissione non discedendi ab hoc secundo loco. docet Gabr. Eug. cons. 170. per tot. in 2. vol.

Sum-

Summarium.

1 *Carnes an Infirmi absque licentia temporibus prohibitis licitè comedant. cum seq. num. & quid de eorum ministris. nu. 7.*
2 *Necessitas indubia excusat operantem in die festo.*
3 *Licentia edendi carnes Infirmis est concedenda, regulariterq; requiritur. nu. 4. sed temerè concessa non excusat. nu. 6.*
5 *Gui. Papæ decis. 111. quomodo intelligenda.*
8 *Monachi in refectorio carnes gustare nequeunt, nisi Infirmi sint.*
9 *Sabbati diebus an sit ab esu carnium abstinendum.*

CArnes ab Infirmis tam Quadragesimali tempore, quã in alijs ieiunijs licitè comedi posse probat tex. vbi Abb. in cap. con-
1 silium. §. præterea extra de obseruat. ieiu. in tantum vt † necessitate indubia vrgente nulla superioris licentia requiratur: ex eiusdẽ Abb. sententia eo loci, vi. Graf. decis. cas. consci. par. 2. lib. 2. cap. 16. nu. 20. & cap. 37. nu. 15. tom. 1. pag. 141. & in simili dixit Nauar. in Manu. Confes. cap. 13. in 3. præcepto Decal. nu. 15. in fin. quod indubia ne-
2 cessitas † excusat operantẽ in die festo absq; superioris licentia, adeo vt si ille præciperet, ne operaretur, tamen potest operari. faciunt dicta inferius in ver. votum post nu. 3. & à Summa Armil. in ver. necessitas, circa finem. vi. eundem Nauar. de horis c. 21. nu. 16. & dicta infra in verbo Quadragesima. Superior itaq; facilem se præbeat in
3 concedendis huiusmodi licentijs ægrotantib. non solum † enim eas concedere potest, sed tenetur. vt per Abb. vbi supra, & idem in cap. Pastoralis nu. 17. de appellat. ait, quod Iudex, si legitima caussa subest, cogitur dispensare. Licentia autem idcircò regulariter requiri-
4 tur, vt † à Superiore distingui possit inter Infirmitates graues, & paruas, seu nullius considerationis, ob quas caueat licentias prædictas
5 concedere, & ita † intelligo Gui. Papæ quæst. seu decis. 111. Existi-
6 moq; tales licentias sine iusta caussa obtentas † nullam, quo ad Deũ, securitatem præstare, vt amplè per Tanet. in tract. de foro consci. nu. 24. Sed iusta de caussa obtentæ profectò tutos reddunt nedum ipsos
7 ęgrotos carnes edentes, sed etiam eorumdem ministros. hi † etenim licite tempore ieiunij, & in Quadragesima gustãt cibos Infirmorũ, oua, vel carnes sint; quia non in cibum sumunt, sed ex debito sui officij.

ficij. ex Nauar.in d.Manu.Confes.cap.21.post num.13.Scias etiam,
8 quod licet † Monachis permissum non sit in refectorio carnes gustare.c.cum ad Monasterium extra de statu Monach.tamen permittitur tempore morbi. c. carnem de consacrat.dist.5.Rebuf.in l.morbus col.2.ff.de verb.signif.& in pręcedenti cap. d.dist.5.sequētia D.
9 Greg.verba legūtur. Quia † dies Sabbati apud Sāctos Patres nostros in abstinentia celebris est habitus, nos eorūdē auctoritatē sequētes, salubriter admonemus, vt quicunq; se Christianę religionis participem esse desiderat,ab esu carnium eadem die(Nisi maiori festiuitate interueniente,vel Infirmitate impediente) abstineat.concordat.c.2. vers. item de illis extra de obser. ieiu. vbi Abbas.

Summarium.

1 *Castrare impunè nemo se potest, nisi propter morbum nu.2. & ideo ea caussa castratus non impeditur promoueri. nu.3.*

1 CAstrare † impune nemo se potest,neq; permittere ab alio exci-
2 di l.4.in fi.ff.ad l.Corn.de sicar.nisi † ob curandam ęgritudinem, quæ aliter sanari minimè posset, vt dixi sup.in pri.par.cap.5. nu.11.& 12.in quo c.plenè scripsi de ipsa castratione. Item Castra-
3 tus † ob dictam morbi caussam nō impeditur promoueri cap.si quis pro ægritudine dist.51.c.si quis à medicis.dist.55.

Summarium.

1 *Clericus Infirmus à celebratione diuinorum excusatur, quamuis alias obligetur nu.2.& septies in die laudat Dominum. nu.5.*
3 *Presbyteri officium quale, & nu.seq.*

1 CElebrare diuina si † Clericus propter morbum non potest,excusatur. c. significatum extra de præb. gloss. in c.1.§.qui verò vers.infirmitas de Cleri. non resi.in 6.Dec. in c.significatum Medi-
2 ces de fort.casib.quæst.6.nu.30. par.2.morbi † autem caussa cessante obligatur ex gloss.in d.7. qui verò.& in c.1.extra de Celeb.miss.vbi
3 dicitur. Presbyter † manè matutinali officio expleto, pensum serui-

tutis,

tutis suæ, 53. primam, tertiam, sextam, nonam, vesperasq; persoluat, deinde peractis horis, & Infirmis visitatis, si voluerit, exeat ad opus rurale ieiunus, vt iterum necessitatibus peregrinorum, & hospitum,
4 siue † diuersorum, commeantium Infirmorum, atq; defunctorum, succurrere possit vsque ad statutam pro temporis qualitate horam.
5 Propheta dicente. Septies † in die laudem dixi Domino. qui numerus septenarius à nobis impletur, si matutini, primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, vesperæ, & completorij tempore nostræ seruitutis officia persoluimus.

Summarium.

1 Chrisma conficere, & distribuire Episcopi munus, & de nouo regulariter baptismus fieri debet. num. 2.

1 CHrisma † conficere, & per diœceses destinarè Episcopi munus est. c. omni tempore de consec. dist. 4. & in c. si quis de alio ea-
2 dem dist. dicitur. Si † quis de alio Chrismate, quam de illo nouo, quod Episcopi largitate acceperint, baptizare, nisi præoccupante morte, tentauerit, pro temeritatis ausu ipse in se, suæ damnationis sententiam protulisse manifestatur. ex morbo itaq; cōceditur, quod aliàs denegaretur, circa Chrisma. vide in ver. Sacramenta.

Summarium.

1 Citatus æger non tenetur comparere, nisi post morbum nu. 2. de quo fides fieri debet. num. 3.

1 CItatus † si propter morbum comparere non potest, excusatur vt notant omnes in l. quæsitum. ff. de re iudi. & Lancel. Inst.
2 Cano. tit. de in ius voc. §. vlt. vbi subdit † Infirmum teneri post morbum quanto citius sui copiam facere, vide infra in verbo contuma-
3 cia. nec te fugiat, quod † æger etiam de capitali delicto inquisitus, citatusq; cōparere personaliter non cogitur, sed sat est, si de eius mor-
* bo fides fiat. ex cōmuni Clarus in praxi crim. §. fi. q. 34. vers. dixi etiá, & morbum infirmi iuramento probari dixit Arnon. problem. 38.

Summarium.

1 *Claudus, alijque plures ordinari non possunt. fallit ex morbo nu. 2. intell. vt nu. 3.*

Claudus, cęcus, gibbus, lippus, iugemq; scabiem habens, cęteri-
1 que de quibus in c. 1. dist. 49. ad Dei † ministerium accedere
2 prohibentur. Is verò, qui † in infirmitate ex Medicorum incisione claudus factus est, minimè arcetur. c. si quis in infirmitate. 55. dist. si
3 modo † opus non sit, vt cum baculo ambulet, ex gloss. ibidem, quá sequitur eo loci Card. à Turre crem. alia dici possent, quoad ordines de infirmitate, sed refero me ad Maiolũ de irregul. lib. 2. c. 18. & seq.

Summarium.

1 *Clerici quandiù debent esse in Ecclesia, & ægri percipiunt, quæ sani percipiebant nu. 5. possuntq; pro necessitatibus pecuniam seruare nu. 6. & testificantur de Superioris licentia nu. 7. lim. vt nu. seq. & quando æquipárentur vsufructuario, vel vsuario. nu. 10. licitèq; medicam artem exerceant num. 11. & si non deferunt tonsuram ob morbum, tamen gaudeat priuilegijs. nu. 12.*

2 *Laici non debent de Missa ante benedictionem recedere.*

3 *Nihil actum dicitur dum quid superest ad agendum.*

8 *Ordines an suscipere possit factus Christianus in ægritudine.*

Clerici ad chorum non tardè debent conuenire, sed à princ. of-
1 ficij vsque ad † finem in ecclesia esse vt in Clem. 1. de Celeb.
2 missarum, vbi Zabarella in 8. not. scripsit, Laicos † non debere de missa recedere ante benedictioné, neq; Clericos ab officio priusquá dictum sit, benedicamus Domino, aliàs quotidianis carent distribu-
3 tionib. nihil † enim actum dicitur, dum quid superest ad agendum l. penul. C. de his, quibus vt indig. Verùm antedicta non procedunt
4 † in Infirmis. ex gl. in d. Clementina in verbo rationabili, per iura ab
5 ea adducta. Clerici † nanq; Infirmi nihil perdunt de ijs, quæ sani percipere consueuerant. Abb. videndus in c. 1. extra de Cleri. ęgro. &

& dicam

& dicam in ver. Residere. nec mirũ 1. quia ægris plura quã sanis sunt
6 necessaria, ideoq; † Clerici ex redditibus ecclesiæ mediocrem pecuniæ quantitatem seruare possunt pro necessitatibus Infirmitatis, litium, annorum infructiferorum, Nauarro auctore de Redit. Eccles.
7 q. 1. nu. 56. Item scias † quod licet sine superiorum licentia Clerici non possunt testimonium dicere. Inno. & Abb. c. 1. de iuramento
8 Calum. Gui. Pap. q. 56. Tamen † propter morbum aliter disponitur, propter periculum, si examen differretur, ad scripta per Ripam de
9 priuil. iud. causa pestis num. 45. Præterea † qui morbi necessitate factus est Christianus, non potest fieri Clericus, nisi esset sanctæ vitæ, vel Clerici in ciuitate deessent. vide Rom. & add. sing. 421. inci. an
10 factus. Neque est ignorandum † Clericos, dum sani sunt æquiparari vsufructuario, ægros vsuario, vnde surgunt notabiles effectus. vide Clar. in §. testamentum vers. quarto videndum.

11 Vlterius Clerici † non licitè medicam artem exercent, nisi gratis pro miserabilibus personis, (vt sunt ægri, maxime pauperes,) vel consanguineis. vide Syluestrum in verbo Medicus nu. 2. vbi subdit, quod officium Chirurgi eis omnino interdicitur. c. tua vbi Doct.
12 extra de homic. Clerici etiam si non deferunt † tonsuram ob infirmitatem, tamen gaudent priuilegijs. Capel. Tholos. q. 104.

Summarium.

1 Coadiutores quando dentur ægrotis.

1 COadiutores † dantur ęgrotis. c. 1. & seq. vbi Doct. extra de cler. ęgrot. Lancel. instit. canon. tit. de coadiut. infirmi enim ex naturali defectu, quem patiuntur, inuiti non sunt remouendi. glo. in c. tua nos in ver. administrationis eod. tit. vnde coadiutores dantur, ex bonisq; Ecclesię aluntur. Abb. d. c. 1. & dixi in procem. huius 2. par. aliaq; de coadiutore dicam in verbo, Episcopus. Infirmitas autem in hac materia intelligitur de ea, quæ non habet spem futuræ sanitatis. Caputaq. decis. 240. par. 1.

Summarium.

1 Collectæ ab omnibus persoluendæ. sed habetur ratio valetudinis. nu. 2. intell. vt nu. seqq.

4 Salaria Medicorum, & officialium quo pacto soluantur.

1 COllectæ † ab omnibus sunt persoluendæ.l.omnes la.2. ibique Doct.C.de anno.& trib.lib.10. Sed ab infirmis non indistin ctè.vide Abb.in c.licet extra de censib.Guid.Pap. & ad d.decis.400.
2 & Pennēsem in l.3.nu.15. C. de quibus muneribus lib.10. & † valetudinis rationem habendam esse in collectis docet Rol.consil.66. nu.50.lib.1.Borg.decis.22.nu.12.& seq.par.2. Ægri namque, etiam diuites, pluribus impensis, quam sani, sunt obnoxij, ita vt sæpe prædiorum fructus vix ad alimenta, & expensas prædictas sufficiāt, ideo ratio ipsorū habetur.arg.l.2.& in 2.C.qui morbo lib.10. & dictorū per Rip.de remed. ad conser.vbert. nu.226. in tract.Pestis.quamuis etiam alias priuilegiati munera patrimonialia subeant. Rim. iun.
3 cons.189.nu.21.lib.5.& dicam in ver.munera.Quid autem † si imponitur collecta pro solutione salarij Medico erogandi? hanc non puto posse Ægros recusare, qui magis, quā sani Medico egent. idq; non est onus personale, à quo excusantur.glos. in d.c.licet. Sed talis
4 † collecta soluitur per æs, & libram. Natta cons.181. ad quam etiā Clericos obligari, sentire videtur Catoc. de locato in 3. impressione q.16.nu.8.pag.85.quem & nu.27.vide cum Alex.cons.68. num.3. lib.2.qui salaria officialium ait per capita solui. non habito respectu ad patrimonium, quod si diceremus de Medicis, ægri fortè possunt se excusare.cogita.

Summarium.

1 *Confeßio Prælati infirmi successori non nocet.*
2 *Confeßio testatoris an noceat hæredi.cum seq. num. vtrumq; reuocari poßit. num.4.*

COnfessio Prælati ad liberandum successori præiudicat. vt no-
1 tatur in c. de Constantinopolitana 32. dist. Fallit † si fit ab
2 ægro, vt amplè per Afflict. decis.168. per tot.vnde † testator, qui in testamento se vsuras extorsisse confessus est, si conualescit, nō potest ex eius confessione conueniri. vt bene ostendit Bart. in l. cum quis
3 decedens.§.codicillis nu.3. ff. de leg.3. Et quamuis confessio † debiti facta in sanitate noceat hæredi. l.generaliter.C.de nō num.pec. Secus si in testamento fiat, nisi sit iurata. ex Bart. vbi supra. Cephal. cons.276.nu.36.vi.Rom.cons.445.nu.9.& cap.de his de sepul. vbi

actus

actus factus in morte non obest ei, de cuius præiudicio tractatur, secus si in sanitate fit. ex quibus comprobatur sententia Anch.iun.
4 q.58.par.1. vt † confessio facta in testamento infirmi de debito soluendo alicui præsenti, non tamen expresse acceptanti, post conualescentiam possit vti erronea reuocari.

Summarium.

1 Confiteri peccata quando quis teneatur. & præsertim infirmi nu.2. & Laico confesso, tenentur iterum confiteri Sacerdoti num.3. & cur. num.4. ex taliq; confessione Laico facta quod consequantur nu. 5. sed an in necessitate ægri debeant confiteri hæreticis nu. 8. quid si cœperunt confiteri, & non potuerunt perficere, an absolutionem consequantur nu. 10.

6 Dominus ad cor respicit.

9 Mutus quo pacto debeat peccata confiteri.

11 Melius est ad Deum per contritionem se conuertere, quam Laico peccata confiteri.

Confiteri peccata proprio Sacerdoti quis semel in anno tene-
1 tur tẽpore ab Ecclesia statuto, scilicet † in Paschate. vt not. in c.placuit de pœnit.dist.6.& docet Nauar.c.1.post princ.in 3.par.gl. nu.31.de pœnit.dist.5.subdens omnes conuenire vt in mortis articulo eadem sit imposita obligatio. vide Graf. decis. casuum consci.
2 lib.1.cap.11.nu.6.par.1. Ideo † sciant ægri quid eis sit agendum, & cum morbus vrget, si copiam Sacerdotum, & Clericorum non habent, possunt peccata Laico confiteri, quamuis non teneantur, ex
* communi Nauar.c.1.circa princ.nu.75.de pœnit. dist.6. Cæsar Nuptius ciuis meus in compendio pro parochis art.2.cap.1. nu.9.& sic
3 † confessus tenetur postea eadem peccata Sacerdoti confiteri. ex eo-
4 dem Nauar.in Manuali cap.21.nu.41.in fi. quia † Laici non possunt Sacramentaliter absoluere. Abb.in cap. quanto col.pen.de consuet. vide Sotum lib.4.sent.dist.18.q.4.art.1. vbi plenè. & semper Syluestrum in summa ver.confessor el primo, vbi docet quibus verbis Laicus in tali actu vti debeat. Et adde Maiolum de Irregul.lib.2.c.131
5 nu.5. Scias † autem quod licet Laici ex tali confessione absolutionem non consequantur, tamen ex contritione, & obedientia venia

digni

digni sunt. ex Panor.in d.c.quanto. mundati enim leprosi fuerunt, dum irent ostendere ora sacerdotibus, antequam peruenirent, quia
6 † Dominus ad cor respicit.c.quem pœnitet de pœnit.dist.1. Talisq;
7 † Confessio per Laicos cęlari debet. Card. à Turre crem.de pœniten.
8 dist.6.nu.4.par.2.& Summistæ docent. Sed an † in necessitate quis teneatur confiteri hæretico, vel schismatico? & profecto non, ob periculum. idem Card.vbi supra, & tenet Nauar. c.1.§.laboret ead.6.
9 dist. & Didac. var. resol. lib.2. cap.13. nu.6. probat mutum † non teneri peccata per scripturam confiteri, sed debere ea per signa manifestare. vide Nauar.in Manu.confes.cap.21.nu.41. Et nota quod
10 † si infirmus cœpit peccata confiteri, & defatigatus nō perfecit, potest, si de eius morte timetur, absolui, ex sententia Medini de instru. confess.cap.8. vbi subdit, quod si non cœpisset, secus putaret, licet generalia contritionis signa ostendisset. vide Graff.in decis.cas.cōsc. lib.1.c.26. per tot. par.2. vbi amplè docet, qualiter se gerere debeat Confessarius erga infirmos, & pulchra docet, ad eum me refero. Et circa cōfessionem factam laico plura scribit Petr.Magdal. de numero testium in testamentis requis. cap.10. car.91. & seq.videndus. &
11 Card.Tolet. de instru. Sacerd. lib. 3. cap. 13. putat † melius esse ad Deum per contritionem se conuertere, quam laico confiteri.

Summarium.

1 *Communio cur ita dicta, & ægris facilius conceditur nu.2. & ad eam confugientes, cum ad infirmos defertur, tuti sunt nu.3.*
4 *Sacerdos potest partem hostiæ sumere, vt aliam partem ægro concedat.*

1 COmmunio est vnū ex nominibus Sacræ Eucharistiæ sic dict. habito respectu ad fideles, qui per eam Christo vniuntur, vt per Illustriss.Baronium in annalib.Ecclesiasticis tom. 1.car.187.nu. 25.Hæc ratione morbi facilius conceditur, vt probatur in cap.si qua
2 dist.50.vbi dicitur. Si † qua mulier zeli furore accensa flagellis ancillam suam verberauerit, ita vt infra tertiam diem animam cum cruciatu effuderit, eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit, si voluntate, post septem annos, si casu post quinque (acta legitima pœnitentia) ad communionem admitti placuit. quod si intra constituta

ſtituta tempora infirmata fuerit, communionem accipiat. hæc ibi.
3 alia in materia habentur in verbo Euchariſtia. Et † confugientes ad hoc tantum Sacramentũ, dum ad Ægros defertur, defendendos eſſe docent Faber & alij in §.fin.Inſt.de his, qui ſunt ſui, vel ali.iuris.
4 Et licet Sacerdos † teneatur ſumere totam hoſtiam, tamen ſi vnam ſolam habet, & ęger velit communicare, poteſt de ea partem ei dare. Graſ.caſ.conſci.lib.2.c.38.nu.31.

Summarium.

1. Compoſitioni pœnarum, quæ rationabilem cauſſam præſtent. & in materia qui ſcripſerunt nu. 3.

2 Damnati in metallum, quibus ex cauſſis dimitti poßunt.

4 Pœna Infirmis poteſt à Iudice commutari, ſed non cogitur.

COmpoſitio de criminib.abſq; rationabili cauſſa permiſſa non videtur.l.aut facta.§.fi.l.capitalium.§.ſolent.ff.de pœnis. Ra-
2 tionabilis cauſſa vti cenſetur † nimia ſenectus, & alia plura connumerata à Gram.vot.35.nu.3.& ſeq. eodem pacto cenſenda eſt Infirmitas.arg.l.in metallum la prima. ff. de pœnis, vbi habetur, quod
2 damnati † in metallum poſſunt dimitti, ſi valetudine, aut ætatis infirmitate operi faciundo inutiles deprehendantur, conferunt etiam
3 dicta inferius in ver.diſpenſatio; & in materia compoſitionis † vi. Puteum de Syndi.in ver.Compoſitio.Grill.de relax.carc.tit.de compos.pęnarum.Lucam de Penna in l.1.C.de deſert.lib.12.& Fabium
4 Montele.in 5.par.pract.crim. Poterit † fortaſſe etiam Iudex arg. citatæ legis, ægrotis pœnas commutare, licet non videatur ad hoc obligatus, vt ſi nõ facit obligari poſſit ad cumulata per Moder.Chartarium de execut.ſent.contum.cap.vlt.nu.449.

Summarium.

1 Concilio qui teneantur adeſſe, & vocandi ſint nu. 2. & malo concilio non interueniens excuſatur. num. 3. præſensq. recedit, cum de eius intereſſe agitur. num. 4.

Con-

COncilium cum in loco, ſeu in Ciuitate conuocatur, omnes de
1 concilio conuenire debent † ſi non ægritudine, vel alia excu-
ſabili neceſſitate impediti ſunt. c.placuit. & c. ſi quis Epiſcoporum
diſt. 18.l.vlt.C.de legat.lib. 10.vbi ſcripſit Bart.quod abſentes, infir-
2 mi, ſeu aliter impediti † vocandi non ſunt.vi.Nat.conſ.67.in princ.
3 & nota, quod cum Concilium † conuocatur ad malum, vt ad præ-
ſtandum auxilium Principi excommunicato, quoniam præ timore
non poſſet contradici, non interuenientes Concilio, etiam præſen-
tes, excuſatione digni ſunt.ſecundum Innoc.in c.quod ſuper in fin.
extra de maior.& obedi.Bonac. in commu.opin.in ver.Ignorans.&
Lucam de Penna, in lib. 12.C.tit.de ſilent. in princ.nu.6.vbi etiam
4 ſcripſit † præſentem Concilio debere recedere, cum de eius intereſſe
agitur, donec vota exquiruntur.

Summarium.

1 *Cardinales Infirmi conclaui plures ſeruos habere poſſunt, & de conclaui im-
punè non exeunt, niſi ægrotent.nu.ſeq.*

COnclaue ingredientes noui Pontificis creatione, S.R.Eccleſiæ
Cardinales ſinguli ſingulis ſeruientibus Clericis, vel Laicis
1 contenti ſint, ſed neceſſitatis † tempore, morbi putà, duos habere
poſſunt.vt probatur in c.vbi periculum.§.1.circa fin.de elect.in 6.&
inferius in §.ſanè, dicitur, quod ſi Cardinaliũ aliquis abſq; manifeſta
Infirmitatis cauſſa conclaue exierit, ad electionẽ Pontificis deueni-
tur eo irrequiſito, neque in eiuſdem electionis negotio vlterius ad-
mittendo. Si verò propter infirmitatem exiuit, poſt ſanitatem, ſeu
ante redire ad Conclaue poterit, ſi voluerit, dato quod voci ſuæ re-
nunciaſſet.vt per gloſſ.ibi in ver.ſanitatem.

Summarium.

1 *Contractus innominati debent impleri, vt agi poſſit, ſed an morbus excu-
ſet.num.2.& ſeq.*
4 *Indemnes Infirmi ſeruandi ſunt.*

Con-

Contractus innominati ante implementum non producunt actionem. vt per Doct. in l. iurisgentium in princ. ff. de pact.
1 in l. naturalis. §. 1. ff. de præscri. ver. Intantum † vt adimplere impeditus agere non possit, donec perfectè adimpleat. Dec. in l. cum proponas in 3. not. C. de pact. Doct. in l. si insulam. ff. de verb. obligat. Mascar. de probat. conclus. 1393. incip. cum transactio num. 43. An
2 autem † circa hoc aliquid sit infirmitati tribuendũ, colliges ex Moder. decis. Genuensi 158. & ex l. 5. circa princ. ff. de condit. cau. data,
3 vbi sic formaliter Vulp. ait. † Si pecuniam ideo acceperis, vt Capuã eas, deinde parato tibi ad proficiscendum, cõditio temporis, vel valetudinis impedimento fuerit, quominus proficiscaris, an condici possit, videndum. & cum per te non steterit, potest dici repetitionẽ cessare. sed cum liceat pœnitere ei, qui dedit, proculdubio repetetur id, quod datum est, nisi fortè tua intersit ob hanc caussam pecuniã non accepisse: nam si ita res se habeat, vt nondum profectus sis, ita tamen te composueris, vt necesse habeas proficisci, vel sumptus necessarios ad profectionem iam fecisti, vt manifestum sit, plus fortè quam acceperis, te erogasse, cõdictio cessabit. sed si minus erogatum
4 sit, condictio locum habebit, ita tamen vt † indemnitas tibi præstetur eius, quod expendisti. Hæc Vulp.

Summarium.

1 *Creditor funeris, & vltimæ infirmitatis cæteris præfertur, & cur nu. 2.*

1 Creditor † funeris, & infirmitatis, ex qua mors contigit, prçfertur quibuscunq; creditoribus anterioribus, etiam expressam hypothecam habentibus in vita debitoris, & vxori in dote. vt plene docet Borgni. decis. 32. per totam pri. part. adde Sebast. Med. de fortu. casib. q. 6. nu. 29. in 2. par. videq; Surd. decis. 255. col. fi. & Viu. decis. 307. lib. 2. vbi nu. 6. dicit in sacro consilio fuisse decisum, creditores cum hypotheca expressa præferendos creditoribus posterioribus ex caussa funeris, & infirmitatis. & sic contradicit opinioni Bor-
2 gnini, quam ille secutus est, vti piam, & æquam, ne † homines derelinquantur in infirmitate, & vt bestiç feræ moriantur desperati, subditque secundum hanc opinionem sæpe vidisse iudicatum. quam sequitur Surd. vbi sup.

Summarium.

1 *Curator datur ægrotis, & quandiù duret.*

CVrator datur infirmis, qui non defenduntur, ſcripſit Odofr. in tract.de curat.bonorum num.61.& ſi perpetuo morbo laborant, non eſt dubitandum ex Specul. tit.de curat.§.Dantur autẽ.
1 An autem talis † curator deſinat ipſo iure deficiente defectu? Dic
* quod ſic per l.1.ff.de curat. furi. & ex cõmuni firmat Mich. Graſſus commu.opi.lib.1.cap.9.q.36. quid ſi pater in teſtamento dat curatorem filio infirmo maiori 25. annis an propter furorem, vel morbum dediſſe cenſeatur vi. in ver.Tutor.

Summarium.

1 *Curiales non poſſunt impunè deſerere Ciuitates, lim.vt nu.2.*

1 CVriales † non poſſunt impunè rus habitandi gratia Ciuitates deſerere, & ſi deſerunt, rus ammittunt.vt habetur. C. ſi curi. reli.ciuit.lib.10. & dixi in meo opuſculo de prærogatiuis Curialiũ.
2 Sed † ſi cauſſa morbi ſe rus conferrent,nullam,ni fallor,pęnam ſubirent. vt dicam infra in verbo,Paſcha.

Summarium.

1 *Cuſtodiæ onus non imponitur infirmis, & ſimilibus perſonis.*
2 *Cuſtos infirmi negligens an fiat irregularis.*

CVſtodes infirmis neceſſarios eſſe docuimus in prima par.c.46. vbi de officio cuſtodum diſſeruimus. Et quia ridiculum eſt,
1 cuſtodem cuſtode indigere, ideo † ægroti à cuſtodiæ munere ſunt immunes,vt etiam fœminę,alijq; relati à Rip.de peſte tit.de remed. ad conſeruand.vbert.nu.222.inter quos ægros connumerat,& plene agit de cuſtodibus portarum. & de cuſtode infirmi latè nos ſcri-
2 pſimus d.cap.46.per tot.qui ſi † negligens ſit, an fiat irregularis,docet Plouius in tract.de irregu.reg.10.nu.6.

LITTERA

LITTERA D.

Summarium.

1 *Damnum si vigore statuti debet emendari per villam, qui teneantur.*

1 DAMNVM datum † in territorio, si vigore statuti debet per Villam emendari, & Communitatem, absentes, infirmi, senes, infantesq; nō tenentur. vt post citatos docet Farinac. lib. 1. quæst. crim. 24. num. 20. Ratio illa est, ni fallor, quia prædicti sunt inhabiles ad se opponendum damnum inferentibus, vnde statuti dispositio cōtra eos cessare debet. vide Menoch. de præsump. par. 2. præsumpt. 31. nu. 20. & sequentibus.

Summarium.

1 *Debitum coniugale alias præstandum propter morbū non præstatur. & nu. 2.*
3 *Leprosi an petant debitum coniugale.*
4 *Vxor non tenetur stare in lecto cum viro leproso.*
5 *Debitum bursale propter morbum non differtur. anque possit debitor excommunicari. nu. 6.*
7 *Mercedis remißio infirmis ex solo morbo non conceditur.*
8 *Debitoris ætas non facit, vt Princeps det ei dilationem soluendi.*

DEbitum coniugale coniuges inuicem reddere tenentur, eoq; se fraudare non possunt. c. nosse. 30. q. 1. neq; in hoc iuramen
1 tum seruatur c. tua nos. el 2. extra de iureiur. Verum cū † coitus cū infirmitate incompatibilis sit. teste Abb. in c. tenor de re iudi. præ
2 stat morbus † eo durante à tali debito liberationem. c. quod proposuisti 32. q. 7. Lancel. Insti. canon. tit. de sponsal. §. fi. gl. vlt. Thabiena verbo Matrimonium 3. nu. 5. Rebuff. in l. Morbus col. 2. ff. de verb. signif. vide Decian. resp. 33. col. fin. lib. 4. Corradum in resp. cas. cōsc.
3 q. 153. & † quoad leprosos, & similes Hosti. & alios. c. 1. de coniug. lepros. vbi Hosti. nu. 6. ait, continentiam posse suaderi leprosis, non

impetari, vnde debitum petunt, & eis reddi debet. c. quoniam extra
4 eo. vxor † tamen non tenetur cum eis in lecto morari. Gozad. cons. 12. nu. 27. quæ si fluxum sanguinis diuturnum pateretur, pariter ad debitum reddendum esset obligata, ne longo tempore maritus cogeretur continere, secus si fluxus esset breuis, vide Gerso. de Sacram. Matrim. lib. 4. & Card. Tolet. de instruct. sacerd. lib. 7. cap. 20. Sciasq; quod licet morbus supersederi faciat in solutione debiti coniugalis,
5 secus † est in debito bursali, vt ita dicam, cuius solutionem propter morbum non differri scripsit glo. in l. si quis instituatur. §. fi. in verbo ægritudine. ff. de hære. instit. Sebast. Med. de fort. casib. par. 2. q. 6.
6 nu. 32. (Sed † an propter non solutionem possit debitor excõmunicari. vide Innoc. & Bal. in cap. cum P. & H. extra de offic. deleg.)
7 Confert doctrina Bossij tit. de remiss. mercedis nu. 8. vt † ægrotis nõ sit concedenda mercedis remissio. & in simili dixit Saly. in l. 4. per
8 illum tex. C. de act. hæred. ætatem † debitoris sufficientem caussam non præstare, vt Princeps dilationem soluendi concedat.

Summarium.

1 *Defensor infirmi sine mandato, & rati cautione admittitur.*
2 *Defensio ægrotantium ipsi Summo Pontifici incumbit.*

DEfensor sine satisdatione non admittitur. l. si ad defendendũ.
1 ff. iud. sol. in eo, quod plus. §. 1. ff. de reg. iur. fauore † tamen infirmorum sine mandato admittitur, & rati cautione. Bened. de Plumbino in l. accusare. §. ad crimen, nu. 13. ff. de pub. iud. dixi pri.
2 par. c. 30. nu. 14. ipsiq; † ægrotantes ita fauorabiles, videntur, vt eorum defensio etiam ad Summum Pontificem pertineat. cap. defensionis 87. distinct.

Summarium.

1 *Delegari infirmitatis fauore possunt aliàs non delegabilia. vt caussæ meri, & mixti imperij. ex communi. nu. 2.*
3 *Iudices vbi plures sunt delegati, vnus non se ingerit circa inchoata per alium, nisi ille ægrotet.*

Delegari

DElegari non possunt specialiter concessa, vt in l. 1. vbi Doct.
1 plenè. ff. de officio eius. Fallit † fauore Infirmitatis, vt omnes ibi docent, & in cap. si pro debilitate extra de off. deleg. Villalobos in collecta commu. opin. in ver. Delegatus. nu. 38. Et id procedit
2 † etiam in caussis meri, & mixti imperij ex commu. Iac. de Nigris in d. l. 1. nu. 70. licet aliter sentiat Villalobos, vbi supra, num. 26. Aliàs ampliationes, limitationesq; tradunt recentiores in d. l. 1. & Fely. in citato cap. si pro debilitate, & Vadus noster Forosemproniensis in aureo ad eum repert. in ver. infirmus, addentesq; Saly. in l. 2. lit. B. C. de Peda. Iudi. ad quos me refero, non ommittendo, quod si vnus
3 † ex pluribus iudicibus delegatis caussam inchoauit, alij se intromittere non possunt, nisi ille ægrotet. ex Lancel. Inst. Cano. tit. de iudi. §. porrò. faciunt scripta per Bar. & Bal. in l. 1. ff. de off. consuet.

Summarium.

1 *Dispensatio super pœna ratione morbi permittitur.*
2 *Confessores possunt in foro animæ pœnas commutare.*

DIspensatio super pœna canonis à Summo Pontifice petenda, vt valeat, cap. cum quidam, & cap. dilectus iuncta gl. extra de
1 temp. ordi. † Fallit ratione Infirmitatis. ex gloss. in Clem. 1. §. quibus
2 vers. si qui. ver. necessitate de priuil. vbi Zabarella col. 1. ait, in † foro animæ Confessores posse pœnas commutare. cap. Presbyter 82. dist. c. tempora 26. q. vlt. & fortasse, Deo dante dicam, colligendo differentias inter forum fori, & poli.

Summarium.

1 *Distributiones quotidianæ Infirmis debentur.*

1 DIstributiones † quotidianæ debentur Clericis Infirmis vt dicam in verbo quotidianę distributiones; de illis multa ponit Paris. cons. 32. & 33. vol. 4. & non comprehendi in valore præbendarum dixit Boer. decis. 19. nu. 4.

Summarium.

1 *Donatio alicui facta, si studuerit, quo pacto intelligenda.*

DOctoratus profecto videtur esse finis studentium, vnde Do-
1 natio facta alicui, si studuerit, hanc † recipit inrerpretationē, idest, si ad Doctoratum peruenerit. Bal. cons. 284. lib. 1. Decia. cons. 177. Menoch. de arbi. Iudi. q. casu 237. nu. 31. & nu. seq. in fin. videtur restringere, vt nō procedat in eo, qui propter morbū impeditur.

Summarium.

1 *Dolus multiplex, & a quo excuset morbus, sexus, ætas, & rusticitas. cum nu. seq. Declara, vt nu. 3.*

DOlus est duplex, manifestus, & præsumptus. Prior, ex verbis factis, dictisq; manifestis colligitur. Præsumptus ex præsum-
1 ptionibus, plenè Bertaz. cons. crim. 374. Ab hoc † morbus excusationem præstare videtur. vide Thobiam cons. 70. nu. 11. & 12. Becium
2 cons. 104. nu. 9. lib. 1. Item † sexus muliebris, minor ætas, & rusticitas, sed a dolo præsumpto de præterito. Ias. in l. 1. §. edenda num. 4. ff.
3 de eden. † Dummodo aliæ præsumptiones fortiores in contrarium non vrgeant, ad scripta per Cephalum. cons. 276. nu. 30. 31. & 37. vers. sic stantibus lib. 2.

Summarium.

1 *Donatio quando inter viuos, vel mortis caussa dicatur. anque per conualescentiam hæc vltima reuocetur. nu. 2. præsumatq; facta in fraudem fideicommisso. num. 3.*

4 *Conualescentia à quo sit probanda.*

DOnatio causa mortis nedum potest ab Infirmis fieri, sed etiam à sanis, sola mortis cogitatione. vt docet Cuiacius in eius 23. cōsultatione per l. Senatus. §. mortis. ff. de mortis caussa don. Verùm
1 † facta inter viuos censetur, etiam si ab ægro fiat. Doct. in l. Seia. §. cū pater,

pater, per illum tex.ff.eo. Alba conſ.65.nu.3. Immo ſi fiat à conſtituto in articulo mortis. Mantica de Coniect. Vlt. vol. lib.1.tit.13. nu.3.Craſ.in §.Donatio cauſſa mortis q.1.nu.3.Alba vbi ſupra.vide Maſcar.de prob. concl.562. num.13. & Carocium deciſ.84. col.2.

2 An † autem donatio cauſſa mortis reuocata cenſeatur per conualeſcentiam donantis? Dic quòd ſic,ſi fiat ab Infirmo,alias nequaquã

* ex communi Mantica in d.tract. lib.12.tit.7.nu.7.Clar. in §.Donatio.q.25.in fin.vide tamen Maſcar.de prob. concl. mihi 1286.Inci. legati reuocatio nu.18.& ſeq.Rimin.iun.Inſti.de donat.in prin.nu. 875.& ſeq.Menoch.de præſump.lib.3.præſumpt.36.par.1.& dicta

3 infra verbo inſtit. nu.4. Et nunquid † facta per Infirmum præſumatur facta in fraudem fideicommiſſi, colliges ex Ceph. conſ.276.

4 num.32. Cuiq; † incumbat onus probandi conualeſcentiam docet Paris. conſ.115.nu.14.vol.4.

Summarium.

1 Dos quando, matrimonio conſtante, reſtitui poteſt, & nu.ſeq.ſed vir non cogitur nu.3.& ſi reddit ob iuſtam cauſſam, & ob non iuſtam vtatur mulier, an liberetur nu.4.& quæ dos debeatur Infirmis. nu.6.

5 Fundi dotalis alien. an permittatur fauore Infirmitatis.

7 Mulier non dicitur nubere indigno, ſi ægra ſano nubit, licet non nobili.

1 DOs rectè ſoluitur matrimonio conſtante, vbi iuſta,& honeſta cauſſa vrget. l. quamuis, vbi Alex. & Imola.ff.ſolut. matrim. At morbus iuſtam cauſſam prę̨ſtat.vt plenè dixi in 1.par.cap.7.ideo

2 ſi mulier † cum dote vellet ſubuenire ægris Parentibus, Fratribus, Sororibus,vel alijs valde ſibi caris, & multo magis ſi liberis, audienda eſſet.per l.mutus.ff.de iu. dot. vbi.I.C. ait, non perdituræ vxori, matrimonio manente,dos reddi poteſt, vt ſe, ſuosq; alat, aut in exilium, vel inſulam relegato Parenti alimonia præſtet, aut egentem

3 virum, ſororemve ſuſtineat. Non † tamen maritus inuitus cogi poteſt ad dotem reddendam ex Dyno in d. l.quamuis. & Campeg.

4 de dote par.3.quæſt.8.& quæſt.13.quærit, † ſi vir reſtituit vxori dotem ob iuſtam cauſſam, illaque in aliam minus iuſtam vſa eſt, an

liberetur.

5 liberetur. ad eum me refero. Quid de † alienatione fundi dotalis
ratione Infirmitatis? colliges ex decis. Surdi. 86. per totam, & tex. in
l. si cum dotem. §. si maritus. ff. sol. matri. pro affirmatiua mihi con-
ferre videtur, ibi, quid tam humanum est quam fortuitis casibus
6 mulieris maritum; vel vxorem viri participem esse. Ideo † benè
dicunt Doct. mulierem infirmam longè maiori dote egere, quam
sanam, & è conuerso virum valetudinarium minori dote di-
gnum esse. vide Alex. cons. 209. num. 9. in 6. qui num. 10. con-
7 cludit, † Infirmam non dici nupsisse indigno, si sano nupsit, licet
minus nobili.



LITTERA E.

Summarium.

1 *Electores puniuntur si negligunt præsentare electionem, sed eos morbus excusat. nu. 2. votaq; infirmorum debent requirere. nu. 3. intell. vt nu. 4.*
5 *Infirmus in electionis negocio potest Procuratorem mittere.*
6 *Statutum requirens consensum viri in contractu vxoris declaratur.*
7 *Electio non potest fieri Prælato moriente, sed mors expectanda est.*

1 ELECTORES infra octo dies † electionem electo præsentare tenentur, alias incurrunt pęnam contentam in cap. cupientes. §. cęterum de elect. in 6. A qua
2 † morbus excusationem præstat. secundum gloss. ibi
3 in ver. iusta caussa. Scias etiá electores ire debere † ad requirendum vota infirmorum, qui in eadem Ciuitate, seu eodem Claustro manent. per rationes ab Innoc. adductas in c. quia propter
4 nu. 2. vbi etiam Abb. §. vlt. extra de elect. Subditq; Innoc. satis † esse ęgrotos in scrutinio respódere absque eo, quod in cęteris actis requirantur. possuntque, secundum eum, Procuratores constituere, per quos scrutentur. hinc dicitur in c. si quis iusto de elect. in 6. Si quis
5 iusto † impedimento detentus in electionis negocio nequeat commodè interesse, potest nedum vni, sed & pluribus committere vices suas insolidum. ex adductaq; Innoc. doctrina cogita si possit limitàri Lamberteng. in tract. suo de contract. gl. 8. nu. 54. dum scripsit,
6 statutum † requirens consensum viri in contractu vxoris non habere locum viro infirmo existente. arg. l. post susceptá. ff. de excusat. tut. l. non solum. §. si quis, & §. fin. eo. tit. vt inquam intelligendus sit Doctor præfatus, cũ commodè haberi non potest consensus viri ægrotantis, alias si eadem Ciuitate, & multo magis si in eodem Claustro ægrotaret, tutius esset eius consensum requirere, quem per Procuratoré præstare fortasse posset. ex Borgn. decis. 40. & de cótract. 11.
7 nu. 19. par. 1. & electio † non potest fieri Prælato animam agente,
8 sed mors est expectanda. Franc. Mar. q. 141. par. 1. Et propter † morbum vox eligédi potest alij cómitti. c. si quis iuncta gl. de elect. in 6,

Summarium.

1 *Elemoſyna qua norma facienda. & nu. ſeq. infirmorumq; , & ſenum ratio habenda nu. 3.*

4 *Clerici de bonis Eccleſiæ moderatam poßunt facere elemoſynam.*

5 *Statutum ſuper elemoſyna ſingulis annis Eccleſiæ facienda, an, & quando per Laicos reuocari poſſit.*

6 *Beneficiarij magis obligantur ad elemoſynas, quam Laici.*

7 *Pœna quæ ſit impoſita ſimulanti morbum, vt ſibi fiat elemoſyna.*

1 ELemoſyna † conſideratè fieri debet, iuxta normam traditam à glo. in cap. non ſatis 86. diſt. & à Luca de Penna. C. de mendi. vali. per totum lib. 12. doctiſſimoq; Nauar. videndo in Manu. Cõfe. cap. 24. nu. 5. cum ſeq. & eruditus Menoch. de prę ſump. par. 2. lib. 4.
2 præſump. 125. nu. 7. & 12. comprobauit † prius ſubueniendum eſſe fœminis, quam maſculis; maximè cum clauſæ in Clauſtris reperiuntur. dummodo maſculi pauperiores non ſint, grauiusq; quam fęmi-
3 næ ęgrotent. ratio † itaque habetur infirmitatis in facienda elemoſyna, vt etiam ætatis. c. cõſideranda in citata 86. diſt. vi. ſemper Surd.
4 de alim. tit. 1. q. 93. per totam. Scias † etiam, quod Clerici de bonis Eccleſiaſticis moderatam facere poſſunt elemoſynã, etiam in ægritudine conſtituti. vt habetur in c. ad hęc extra de teſtam. Et poſtquã
5 Eccleſiæ mentio incidit non te fugiat, quod † ſi vigore ſtatuti illi quotannis ſit facienda elemoſyna omitti, & reuocari non poterit. ex Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſ. Eccleſ. & Vado Foroſemproniense noſtro in aureo ad Felyn. repertorio in ver. Elemoſyna. vbi ſubdit, contrariam ſententiam poſſe procedere, quando Eccleſia, ideſt ipſi Clerici ingratè ſe erga Ciues gererent. & circa hoc annis præteritis orta fuit cõtrouerſia in Patria mea inter Canonicos Cathedralis Eccleſiæ, & Laicos, & hinc inde factæ fuerunt doctæ allegationes. Scias
6 etiam Clericos habentes † beneficia magis obligari ad elemoſynas, (& conſequenter ad ſubueniendum ægrotis) quã Laicos. vi. Nauar.
7 de reddit. Eccle. q. 2. monito 19. per totum. Quæ autem † ſit impoſita pœna ijs, qui fingunt ſe eſſe ęgrotos, vt extorqueant elemoſynas. docet Lapus, & addé. alleg. 18. & dicit Naua. in Manu. c. 17. nu. 107.

quod

quod qui morbi ſimulatione aliquid acquiſiuit, tenetur reſtituere non illis, à quibus accepit pro elemoſyna, qui à Deo retributionem accipient, ſed pauperibus.

Summarium.

1 *Emphyteota ceſſans in ſolutione canonis quando ab Emphyteoſi cadat. A qua pęna legitimè impediti excuſantur. nu. 2. & maxime infirmi. nu. 3.*

Emphyteota tenetur ſoluere Domino directo canonem, ſeu pẽ-
1 ſionem illi debitam, aliàs ſi per triennium, † ſiue biennium in emphyteoſi Eccleſiaſtica ceſſauerit in ſolutione, cadit à iure, quod in ipſa ſe habet, ita vt vtile dominium, cum directo cõſolidetur. l. 2. C. de iu. emphyt. c. potuit extra de loca. plenè Clar. in §. emphyteoſi
2 quæſt. 8. per tot. Verùm ab hac caducitatis † pœna quilibet legitime impeditus excuſatur. vt poſt Dec. conſ. 138. probauit Gram. de-
3 ciſ. 52. in fine. & in ſpecie pro infirmis † concluſit Bec. conſ. 104. per tot. lib. 1. Alias limitationes ad pręmiſſam regulam ponunt Moder. Vrbinates in vtili, & copioſo tract. Quibus ex cau. emphyt. iu. ſuo priuatur, cauſſa 15. per tot. vi. infra in ver. Pęna nu. 5. & omnino Caroc. de Locato in 3. edit. pag. mihi 61. nu. 59. & ſeq.

Summarium.

1 *Epiſcopus non poteſt Eccleſiam derelinquere, niſi ægrotet, & tunc poteſt habere etiam ſuffraganeos nu. 2. neq; cogitur cedere nu. 5. & quando cõadiutore egeat nu. 6. cui præfertur in fructibus tenuibus Epiſcopatus nu. 8. & poſt ſanitatẽ Epiſcopus recuperat priſtinam dignitatem nu. 9. licet q; teneatur diebus Dominicis in Eccleſia intereſſe, & iuxta illam habitare nu. 10. tamen Infirmus non cogitur nu. ſeq. excuſaturq; ex morbo, ſi limina Apoſtolorum non viſitauit. num. 12. & poteſt ſe abſentare, vt ſe curet nu. 13. neq; tenetur viſitare eo tempore nu. 14. & quæ ſint eius partes in viſita. nu. 15. & punitur ſi ad Synodum non accedit. nu. 16. morbus tamen, ætas, ſimiliaq; eum excuſant. nu. 17. An autem ægrotus poſſit ordines per alium conferre nu. 18. aliaq; ibi expreſſa. & poſſit eligi Epiſcopus patiens morbum caducum nu. 19.*

3 *Augustinus accessit, non successit in Episcopatum.*
4 *Episcopi an possint esse plures insolidum, & Summi Pontifices.*
7 *Coadiutor quando administrationem habeat fructuum Episcopatus.*

EPiscopus Ecclesiam, gregemq; sibi commissum derelinquere non potest. c. suggestum. 7. q. 1. longa tamen ægritudine gra-
1 uatus † si alium sibi substitui Pontificem roget, ei annuendum est.
2 vt in princ. d. 7. caussæ habetur. Vnde colliges, quod † licet solùm Archiepiscopis concessum videatur suffraganeos habere, tamen ratione Infirmitatis etiam Episcopis cōceditur c. quoniam in plerisq; §. sed si propter iuncta gloss. extra de off. ordin. & in c. non autem. 7.
3 q. 1. affertur exemplum D. Augustini, qui † speciali gratia ad Ecclesiam Hipponensem fuit prouectus, vt accesserit, non successerit Episcopo. indeq; gloss. ibi in ver. succederet, argumentū elicit, posse
4 dari † casum, vt sint duo Episcopi insolidum; duos verò Summos Pontifices simul esse non posse subdit eadem glo. per multas ratio-
5 nes ab ea adductas. Constat igitur † Episcopum propter morbum non cogi Episcopatui cedere. & scripsit Innoc. in c. nisi nu. 4. extra de renūc. sed ei solet dari coadiutor. iuxta tex. in c. 1. d. 7. q. 1. & tradi-
6 ta à Lancel. Instit. Cano. tit. de coadiu. vbi gloss. dixit tunc † eo opus esse, cum morbus incurabilis est, seu curari non potest, nisi longo temporis interuallo. Coadiutoremq; fructuum Episcopatus admi-
7 nistrationem habere, vbi morbus † impedit administrationem in temporalibus, & spiritualibus, secus si solum in spiritualibus. ita distinguente Panorm. in cap. de rectoribus extra de Cleric. ægrot.
8 ibi etiam asserente † in fructibus Episcopatus tenuibus Episcopum ægrotantem præferri, Parochianosque arctari ad prouidendum
9 coadiutori ipsius Episcopi. Scias etiam, quod † Episcopus, qui propter morbum alium sibi substitui impetrauit, recuperata sanitate, potest ad Episcopalem dignitatem resurgere. vt not. in d. 7. q. 1. & probat text. in c. post translationem vers. cæterum extra de renunc.
10 Item quamuis teneatur † Episcopus diebus Dominicis diuinis officijs in Episcopali Ecclesia interesse c. Episcopus de consacrat. dist. 3. & cum suis Clericis apud suam Ecclesiam habitare. vt not. in c. Epi-
11 scopus 41. dist. Nihilominus † tempore infirmitatis cogendū non arbitror. vt colligitur ex eod. cap. Episcopus, & notat Graff. in decis. cas. consci. par. 2. cap. 13. col. 2. Excusatur similiter Episcopus si morbo

12 bo impeditus † Apoſtolorũ limina non viſitauerit. c.iuxta.93.diſt.
13 gloſ.q; in c.qualiter 7.q.1. affirmauit concedi † quadriennium Epi-
ſcopo, quo abeſſe poſſit cauſſa ſe à morbo curandi, quæritque an ſit
ſanum Romæ morari; vi. eam, & nota. Non obligatur prætcrea
14 † Epiſcopus infirmus ſingulis annis cũctas Diœceſes, Parochiasq;
viſitare c. Epiſcopum 10.q.1.vi.gl.& Doct.in c. ſi Epiſcopus de off.
15 ordin.in 6. & Bertach.de Epiſcopo par.2.lib.4.nu.11.quæ † autem
viſitantes Epiſcopi à ſuis Clericis quærere teneantur, docet tex. in c.
16 placuit 10.q.1. Qui ſi ad Synodum † venire contemnunt, cõmu-
nione aliorum Epiſcoporum priuantur. c. ſi quis Epiſcoporum 18.
diſt. vnde interuenire non poterunt noui Epiſcopi conſecrationi.
17 ex gl. in c. placuit eiuſdem diſt. Excuſantur † tamen, vt habetur in
d.c.placuit morbo, ætate, aliave neceſſitate impediti, ſi mittant ex-
cuſatorem, vel per literas apud Primates rationem impedimenti aſ-
ſignent, eorumq; nomine aliquis accipiat quicquid, ſalua fidei ve-
18 ritate, Synodus ſtatuerit. vt eſt tex. in c.9. ead. diſt.18. Sed an † Epi-
ſcopus ægrotus per alium ordines conferre poſſit. vi. infra in ver. or-
dines. & viſitandi officium explere. vi. c. Epiſcopum 10.q.1. & præ-
19 dicandi c. inter cœtera de off. ordina. Vtrumque † poſſit eligi Epi-
ſcopus, qui morbum comitialem patitur, docet Bertach. de Epiſc.
lib.2.par.vlt.nu.95.& negatiuam ſequitur.

Summarium.

1 *Euchariſtia propter infirmos in ſacrario deeſſe non debet, & ad eam percipiẽ-
dam ægri in articulo mortis tenentur. nu.2. eisq; datur, ſi ſigna contri-
tionis oſtendunt. nu.3. etiam poſt cibum. nu.4. ſed an pluries nu.6. & 7.
& ſi euomatur, pœnitentia iniungitur. nu.8. & à Diacono quando mi-
niſtretur nu.9. quæ ab hæretico non poteſt. nu.10. neque à Laico nu.11.*
5 *Sacerdotes non poſſunt poſt cibum ſumere Euchariſtiam, vt ægris dent. &
per ſe debent eos communicare, alias puniuntur. nu.12.*

EVchariſtia Sacratiſſima tantæ eſt dignitatis, vt in ſacrificijs ni-
1 hil maius reperiatur. c. nihil de conſecra. diſt.2. quæ † in ſacra-
rio propter ægros deeſſe non debet. c.3. extra de off. archi. ne ægroti
ſine ea moriantur, vt ibi dicitur, vnde peccat Sacerdos ſi eius negli-
gentia

gentia æger sine cōmunione decedit. Card. Tolet. de instruct. Sacer.
2 lib. 6. cap. 17. in fi. Ægrumq; † obligari in articulo mortis ad sumēdum resoluit victoria post adductos nu. 86. omnesque Summistæ, congerit Don Martinus Viualdus in Candelabro Ecclesię de Sacramento Euchar. nu. 96. Graff. in decis. cas. consci. par. 1. lib. 2. cap. 38. nu. 23. pag. 147. & quærit an infirmus tunc nō sumens peccet mortaliter. vide eum, & Corradum in suis responsis q. 54. & Tolet. vbi supra cap. 18. in fi. cum sub mortali non obligari putat cum Palud.
3 qui paullo ante morbum communicauit. Sciasque dari posse † hoc Sacramentum infirmis signa contritionis ostendentibus, vt tollendo manus, tundendo pectus, similiaq; agendo, licet petere propter morbum non possint ex Nauar. in Manu. conf. cap. 26. nu. 30. per c.
4 is, qui. 26. q. 6. & † accipiunt etiam post cibum. c. liquido de cōsecr. dist. 2. si de eorum periculo dubitatur. Thabi. in ver. communicare nu. 53. viden. & nu. seq. aliam quæst. ponit circa sumptionem hanc ab infirmo peragendam. non refero, & alia multa ommitto in hac graui materia Theologis digna, quæ colliges ex c. is, qui in infirmitate 26. q. 6. ex Lancel. Conrado in templo omnium iud. in rub. de
5 Presb. Paroch. & ex Summistis. & quod † paullo ante dixi fauore infirmorum posse post cibum dari hoc Sacramentum, nō extenditur ad Sacerdotem, quia ille non potest post cibum celebrare, etiam vt Eucharistiam pro infirmis habeat. ex Nauar. in Manu. cap. 21. post
6 num. 53. vt infra ver. Missa nu. 8. Et ipsi infirmi † non debent pluries post cibum in eodem morbo sumere, nisi morbus diù duraret. Graff. in decis. suis cap. 44. lib. 2. par. 1. nu. 6. & docet Thomas Zerola in sua praxi Sacram. pœnit. in fi. citat Nauar. cons. 41. de pœnit. verū ipse Graff. supra cap. 38. nu. 32. sibi contradicere videtur, dum affirmat, ægrum non ieiunum posse post aliquot dies iterum communicare, subditque, semel tantum dici per eum, Domine non sum
7 dignus. cogita si pro concordia † possit dici, vt prior sententia procedat, cum æger post Sacramentum denuo non peccauit, secunda cum peccauit, tunc enim videtur quod possit iterum communicare etiam post cibum, si in diem sequentem commodè differre nō po-
8 test. & ita firmat Armilla in verbo Communio nu. 18. & † si fortè euomeret Sacramentum, sibi pęnitentia iniungitur. cap. si quis per ebrietatem de consec. dist. 2 vide Maiolum de irregul. lib. 3. cap. 26. & Card. Tolet. de instruct. Sacerd. lib. 6. cap. 17. ait ministrum peccare, si

re,si dat Eucharistiam ægris,in quibus est probabile periculum vomitus, & irreuerentiæ, vt si daretur amentibus vsum rationis non
9 habentibus. Sciasque † in caussam necessitatis absente Presbytero, Diaconum posse infirmis Eucharistiam ministrare. Sylu. in ver. Eucharistia 3.nu.5. Eo autem præsente nequaquã, nisi ipse iubeat, vt quia non possit omnibus communicare volentibus sufficere. ad glo.in c. Diaconos in ver. Necessitas distin.93. Nunquam autem,
10 † etiam in necessitate, ab hæretico sumi potest hoc Sacramentũ. gl. in c.cœpit ver.perciperet 24.q.1.Sylu.in ver. Eucharistia 3.nu.5. Vt
11 † neq; à Laico idem in ver.Absol.1.nu.9. gl.citata, & in c.1. in ver. fideli extra de celeb.Miss.& in c.sane.§.Sacerdos eo.tit.Inn. & Abb. in c.quanto col.fi.extra de consuet.Viuald. in Candelabro Ecclesiæ nu.90.dicens ita de consuetudine seruari. & non debere deferri ad infirmos per Laicum,dixit etiam Hosti.in c.1.de custo.Euch. vnde
12 in c.peruenit de consecr.dist.2.legitur. Presbyter † per semetipsum infirmum communicet, alias gradus sui periculo subiacebit. vide infra in ver. Sacramenta.

Summarium.

1 Examen testium infirmorum, & senum ante litem contestatam recipitur. & propter morbum fit delegatio nu.2. & in criminalibus si carceratus non potest interesse, procurator constituitur. nu.3.

EXamen testium post litem contestatam fieri constat, nisi de morte ipsorum testium fortè dubitetur, diuturnave absentia,
1 quibus casibus † senes,& valetudinarij,etiam lite non contestata recipiuntur.c.quoniam contra, & ibi omnes, extra vt lit. non contest. Papi. & add.plenè in pract.forma capit.quãdo testes produc.ad ęter. rei memo.vbi multæ dantur declarationes,quas prætermitto.vt da-
2 tas à Rim.iun.cons.213.nu.206.& sequentibus.Examenq; † ipsorũ testium propter morbum delegari, quod alias non delegaretur docet Lancel.Inst.canon.tit.de prob.§.si quis.& dicam infra in ver. testes.& ad examen transmitti. Nor.certum est.vt infra in verbo Nor.
3 Et in † criminalibus, si carceratus velit examini interesse,vt videat iurare testes,& non possit,quid agendum? Baiard.in add.ad praxim Clar.§.fin.q.45.nu.50.dicit, debere procuratorem constituere.

Summa-

Summarium.

1 *Exceptio non confecti inuentarij quando non admittatur.*
2 *Maritus excipit contra donationem vxori factam in infirmitate.*
3 *Infirmi sunt fauorabiliores excipiendo, quam agendo.*
4 *Exceptio non numeratæ pecu. cessat in confessione facta in extremis.*

1 EXceptio non confecti inuentarij litis contestationem impedit. l.fi.§.donec, vbi Bar.C.de iu.delib. Fallit † ratione funeralium expensarum. Duenas reg.267.par.1.& 397.nu.7.& factarum in vltima infirmitate.ex Rolan. de inuent.pag.mihi 113.vers.quinta est vtilitas. & Phanu.in eo.tract.par.4. nu.6. his ergo casibus hæres re-
2 fundit expensas, non autem excipit. Maritus † verò potest benè excipere sanitate recuperata, si cum æger esset, vxori donauit. l.4. in
3 princ. ff. de doli mali excep. Minus † tamen sunt fauorabiles ægri in agendo, quam in excipien. ad not. per Dec. in l. cum proponas nu.4.C.de pact.& Doct.in l.si insulā.ff.de verb.oblig.except. tamē
4 non numeratæ pecuniæ † cessat in confessione facta in extremis. Fel. in c.si cautio nu.54. extra de fi. instruct.

Summarium:

1 *Executio sententiæ corporis afflictiuæ sæpe differtur, sed quo pacto in muliere prægnante nu.2. & in infirmis nu.3. qui non gaudent dilatione in ciuilibus num.4.*

1 EXecutio sententiæ corporis afflictiuæ sæpe differtur. vt in furioso.Grassus dicit lib.2.commu.opin.cap.6.q.4.plenè Tiraq. de pœnis temp.caussa 4. & seq.Clar.in pract.§.fi.q.60.vers. sed quę-
2 ro. & † quid agendum in muliere prægnante docet Char. de execu. sent.contum.cap.vlt.nu.426. vbi distinguit, quod si ad mortem sit condemnata, executio, secuto partu, non differatur, alias sic, donec ipsa mulier fiat fortis, talisq; valetudinis, vt absque periculo illā pœ-
3 nam pati possit. hac † distinctione vti (ni fallor) poterimus in in-
4 firmis ex rationis identitate. quos non gaudere † dilatione in executione ciuili dicit Guil. de Ludou.sing.29. dixi supra ver. Debitū. Declara tamen cum Lancel.de attent.nulli.pend.nu.82.

Summa-

Summarium:

1 *Caussæ infirmorum sunt prius expediendæ, & iudex negligens in hoc punitur.num.3.*

2 *Dictio, maximè, cuius naturæ sit.*

EXpedire caussas prius, vel post, est in electione Iudicis. Rom. in repet.l.si verò.ff.de viro nu.48.ff.solut.matrim.per gloss. in
1 l.omnes. C.de anno.& trib.lib.10. Verum caussæ † infirmorum videntur in hoc priuilegiatæ per text.in l.1. circa prin.ff.de off.præsi. vbi ait. I. C. ad Præfectum pertinere audire Patronos de suis libertis
2 quærentes, maximè cum ægros se esse dicunt. quæ dictio † maximè quamuis vtrumq; includat, ponit tamen minorē rationem in vno, quam in alio. gloss. in l.illud.ff.ad l.aquil.& sic tacitè innuit ille tex. prius ægrotos audiendos esse, & per consequens in expedit. caussæ videntur priuilegiati, dummodo cum paupere non litigent, vt dixi
3 in 1.part.q.25. num.18. Contra † Iudicem autem id negligentem Superior procedet multa indicta, vt per Saly. in l.1.post numer.8. C.quomodo, & quando Iud.

Summarium.

1 *Ingrati sunt, qui sinunt à se peti in iud. Infirmitatis expensas.*

2 *Hæres retinet funeris, & Infirmitatis expensas facto inuentario.*

3 *Locator tenetur ad expensas factas pro boue Infirmo.*

EXpensæ Infirmitatis, sunt valde priuilegiatę in iure nostro, vt dixi in 1.par.cap.48.& in hac 2.ver.creditor, & ver.Exceptio, & dicit Rebuf.in præfatione.sent.prouis.num.95.maxime ingratos
1 † esse eos, qui à se in iudicio peti sinunt hasce expensas per se ægris factas, quas subdit, deberi Medico, alijsq; seruientibus etiam ægro
2 mortuo. hæresq; retinet † tales expensas, sicut funeris, facto inuentario, vt dicit Monticel.contra Phanu. in suo antiphanutio nu.127. & in tract.de Inuent.nu.137.Surd.decis.112. in fi.quem vide decis. 255.per totam.vbi cōcludit, hæredem per his expensis præferri cre-

 ditoribus,

ditoribus, habentibus hypothecam expressam. vide supra in verbo
3 Creditor. Et scias † locatorem teneri conductori reficere expensam factam in medicamentis bonis Infirmi: vt fusè per Borgni. decis. 3. num. 10. part. 2.

Summarium.

1 *Infirmus quando in extremis laborare dicatur.*

1 EXtremo mortis tempore constitutus, & in extremis † laborare, dicitur is, qui ex morbo decedit absq; sanis interuallis, licet multis diebus superuixerit. vt per Cottam memor. suo vlt. in lit. E. in fin. Gerar. sing. 12. vbi declarat quis dicatur in articulo mortis, & ad multa infert.

Summarium.

1 *Expositi languentes liberantur à Patria, & dominica potestate.*

1 EXpositi languentes, † cuiuscunq; ætatis, si patre sciente, vel ratum habente, à patria potestate liberantur, & serui, si à Dominis expositi sint, liberi fiunt, & liberti ingenui. vt si alimenta eis impiè negata sint. vt hæc dicit tex. in c. vnico, extra de infan. & lang. expos. Declara prædicta vnam cum glos. notabili in c. vlt. dist. 87.



LITTERA

LITTERA F.

Summarium.

1 *Fabri, alijq; artifices non possunt prohiberi ne artem exerceant, nisi ratione Infirmorum. num. 2.*

3 *Appellatio non datur à sententia de exfractando.*

1 FABRI, alijq; † artifices regulariter impediri non possunt, ne artes suas exerceant. l. quæro. ff. de iu. patro. l. fin. vbi Alber. ff. de obseq. à liber. patro. prestan.
2 Ratione † tamen Infirmorum ab officio malleandi abstinere coguntur per officium Iudicis. vt post citatos firmauit Rip. in l. 1. nu. 129. ff. sol. matri. & Sebast. Med. de fort. casib. part. 2. q. 6. num. 17. Iudexq; se informabit à Medicis de nocumento, & de infirmitate, & vt iuris erit, deliberabit. vi. Franc. Marc. quæst. seu decis. 645. in 1. par. Rim. iun. cons. 208. nu. 25. lib. 2. Caroc. de Locato in 3. editione pag. 255. nu. 47. Menoch. de arbit. cas. 237.
3 & à sententia † lata contra Fabrum de exfractando non appellatur. Corrard. in l. fin. C. si de moment. possess. q. 20. pag. 607.

Summarium.

1 *Factum promittens ob morbum implere non valens excusatur. & nu. seqq.*

FActum promissum, vbi quis per Infirmitatem exequi nequit, excusatur. vt per Ias. in l. 2. §. si quis municipalis nu. 2. ff. si quis
1 cautio. Idq; † nedum vendicat sibi locum in contractibus, Iudicijs, Arbitrijs, & in obligationibus dandi speciem. vt per Dec. in l. quod te nu. 17. ff. si cert. pet. Verùm locum habere videtur in obligatione dandi quantitatem. vi. ipsum Dec. eo loci, & scripta inferius in ver.
2 mora. Cum † enim impedimentum prouenit absq; culpa debitoris, pfectò excusat. vt per omnes in d. l. quod te. & plenè Bec. in proprijs
3 terminis nostris cons. 104. nu. 17. lib. 1. Neq; † ad factum præcisè quis cogi potest, si iustam caussam, vt est morbus, allegat. Bar. in l. filiusfa. §. Procur. num. 4. ff. de Procur.

Summarium.

1 *Famulus pro tempore Infirmitatis ex communi salarium non consequitur, licet contraria opinio sit magis pia nu.2.sed an debeatur, si offerat alio tanto tempore seruire, distingue vt num.3.*

1 FAmulus Infirmus † à Domino suo salarium consequi non potest pro tempore Infirmitatis, vt contra gloss. in l.arboribus.§. de illo.ff.de v.susr.aliosq; citatos in Capella Tholos. decis.286.ex veriori, receptaq; sententia firmauit post plures adductos, Didacus vari.resolut.lib.3.cap.3.nu.8.Capra in regula.88.num.46.Moder.in l. diem functo.ff.de off.assess.Abb.in c.1. circa fi.extra de Cleri.ægrot. Viu. in commu. opinio. collecta opin. 108. & Suarez. in Thesauro commu.opin.in ver.famulus. Surd.ex magis commu.de Alim.tit.4. q.23.nu.35.Graf.decis.cas.consci.cap.8.lib.3.nu.7.par.1.Sed Sebast. Med.de fortui.cas.par.2.q.6.nu.16.primam opinionem pro famulo
2 † ex quadam pietate, & æquitate sustineri existimauit, & eadem ratione famulus Infirmus cibaria, medicasq; infirmitatis expensas à Domino consequitur. ex Abb. & Didac.vbi supra.vi.in hac quæst. omnino Caroc.de Locato in vlt. impressione de anno 1597. quæst. 10.num.23.& seq.vbi latissimè,& Viu.in Sylua opin.275.An verò
3 ad salarium Dominus teneatur † cum is, qui ægrotauit, se alio tanto tempore seruire offert? Distinguendum est cum Bar.in l.si vno.§. item cum quidam nu.8.ff.locat. quod si promisit certo tempore seruire, putà de præsenti anno, & mense Iulij, non possit alio anno vel mense operam pręstare.arg.l.si vsufructus mihi.ff.de vsufr. leg.si autem promisit operas vnius anni, vel mensis simpliciter, non adiecto certo anno, vel mense, & tunc supplere poterit alio tãto tempore, si ante ob impedimentum implere nequiuit. l. seruus qui testamento in fin.ff.de sta.libero. & hanc dist. magis communiter recipi ample deduxit Oddus de restitut.in integ. part. 2. quæst. 89. art. 10. num. 95. & dicam infra in ver. Iudicare num. 4. vi. Portium in §. Apum num.17.Instit. de rerum diuis. & omnino Caroc. de Locato edit.3. quæst.26.pag.101.

Summa-

Summarium.

1 *Festis diebus potest exerceri opus ordinatum ad salutem corporalem.*
2 *Feriæ non obstant in caussis infirmorum.*
3 *Artes permissæ diebus festis possunt etiam pecunia exerceri.*

FEstis diebus, quamuis ab omni opere seruili abstinendum sit. iuxta illud Leuit. 23. omne opus seruile non faciatis in eo. Ta-
1 men † cum opus ordinatur ad salutem corporalem, nō prohibetur. vnde dixit Dominus Matth. 15. Quis erit ex vobis, qui habet vnā ouem, & ceciderit Sabbatho in foueā, nonne leuabit eam? & Ioā. 7. Mihi indignamini, quia totum hominē saluum feci in Sabbatho. vi. Thō. 22. q. 122. art. 4. vbi probat non esse contra obseruantiam Sabbathi, quod quis comedat, & alia huiusmodi faciat, quibus salus corporis conseruetur, & idem quæst. 40. art. 4. in 2. 2. per prædicta ait, Medicos licitè posse vti arte sua, & diebus festis mederi. Poterit etiam diebus festis iri ad mercatū, si pro ægrotis erit expediēs, & necessarium ex Graff. in decis. cas. consci. par. 2. lib. 2. c. 13. car. 78. & omnia pro infirmis necessaria licere probat Card. Tolet. de instr.
2 Sacerd. lib. 4. cap. 25. Item feriæ † non obstant in caussis infirmorū. c. fi. iuncta glo. vlt. extra de ferijs. Sciasq; Medicum pro diebus festiuis non posse cōsequi salarium. Magon. decis. Flor. 11. nu. 8. de quo
3 dubito ad dicta per Toletū vbi supra cap. 24. vbi vult quod † artes permissæ diebus festis, vt pulsandi instrumenta, possint exerceri etiam pecunia.

Summarium.

1 *Fides non est cuiquam temere habenda. Infirmis autem facilius. nu. 2. intell. vt num. 5.*
3 *Vulneratí assertio quid operetur in exculpando, & inculpando. cum nu. seq. & quid si cum vulnere ægrotet. nu. 6.*
7 *Mors auget fidem testibus.*

Fides

FIdes est iustitiæ fundamentum, ex eo dicta, quia fiat, quod dictum est ex M. Tullij sententia lib. 1. offic. & quoniam, vt ille
1 dixit, Nunquam tuta fides, maxime hisce temporibus, ideo † summa est habenda cautio, quibus præstetur. Nerui namque sapiētiæ sunt, vt dicebat Epicharmus, nō temerè credere. Verū quia ægrotātes de transmutatione domicilij cogitare solent, & animarū requie, minimè adduci possunt precibus, vel precio, vt fidem fallant, & mentiantur. vt optimè probat eruditissimus Crauet. cons. 6. nu. 51.
2 & seq. concludens † testibus infirmis magis esse credendum. & ad alia per supradictam præsumptionem infert, vt fecit Marsi. in rub. ff. de fideiuss. nu. 42. & Menoch. de præsumpt. par. 2. lib. 5. præsump. 5. per tot. ad quos me refero. nō omittendo, dictum vulnerati infirmi
3 † exculpantis aliquē, omnia indicia tollere, quæ contra ipsum erant.
* vt ex communi probat Clar. §. fin. quæst. 52. vers. potest etiam, licet
4 † tantam fidem non mereatur, cum inculpat, tunc enim neque facit indicium ad torturam. teste eodem Claro d. §. fin. q. 21. vers. assertio
** vulnerati, etiam si esset in articulo mortis. & de magis communi testis est Bec. cons. 85. nu. 9. lib. 1. congerit Ludou. commu. opi. lib. 1. conclus. 14. illatione 33. in fi. Mascar. de probat. conclu. 144. per tot.
5 Adducta namque præsumptio pro infirmis † non procedit cum de alterius preiudicio agitur. vt per Marsi. in pract. crim. §. restat nu. 12. & Menoch. vbi sup. & Alci. de præsump. reg. 3. præsumpt. 4. per tot. Cephal. cons. 276. nu. 30. & seq. lib. 2. Rol. cons. 37. per tot. lib. 3. Sed
6 † an assertio ægrotantis vulnerati sufficiat ad capturam. Mod. Farin. quæst. crim. 27. nu. 129. probat quod sic. dic vt per eum, nam elegāter loquitur. Scias etiam quod † nedum morbus, sed mors auget fi-
7 dem testibus. plene Surd. decis. 103. per totam.

Summarium.

1 *Filius derelinquens parentes ægros punitur.*

2 *Parentes an possint recusare filios agnoscere natos tempore morbi.*

3 *Legitimus filius non dicitur ille, qui natus est tempore, quo pater non poterat generare.*

1 FIlius emancipatus derelinquens parentes infirmos, & pauperes, potest in patriam reuocari potestatem, & exhæredari. vt dicit

Ias.

Iaſ. in addit. ad Portium Inſt.quib.mo.ius patriæ pot.ſolu. in fin. & ante eum Faber,& Angelus ibi. Et econuerſo parentes non poſſunt impunè derelinquere filios ægros,vt dixi ſupra in verbo, Expoſiti.
2 An † autem poſſint recuſare agnoſcere filios quaſi non ſuos, ſi nati ſint tempore,quo ægrotabant parentes. vide l.filium. ff. de his, qui
3 ſunt ſui, vel ali. iu. ex qua colligunt Doc. filium illum † legitimum non pręſumi,qui natus eſt ex muliere,cuius maritus ea corporis cõſtitutione laborabat,vt iudicio Medicorum generare non potuerit. vide Menoch.de præſump.par.2.lib.6.præſump.53.num.16. & de arbitr.caſu 89.num.53.Rolan.conſ.11.nu.2. in fi.vol.3. & infra in ver. matrimonium nu.4.

Summarium.

1 *Fœmina quando poſſit eſſe procuratrix.*

FOemina regulariter non poteſt eſſe procuratrix.l.qui abſenti.l. aliena.C.de procur.l.nec fœminæ.ff.eo.l.fœminæ. ff. de reg.iu.
1 Pro parentibus autem infirmis,vel ſenibus admittitur ex glo.in d.l. qui abſenti.Duca.reg.311.nu.9. par.2. vbi dat ad regulã alias limit.

Summarium.

1 *Fructus beneficij percipiunt infirmi, & legitime impediti,quia pro præſentibus habẽtur, ſed an quo ad alia.nũ.2.remiſſiuè, & quid ſi fructus vnius anni legentur,an debeantur, ſi eo anno teſtator non moritur.*
4 *Fructus veniunt in reſtitutionem fideicom. fauore infirmitatis.*

FRuctus beneficij integre percipit Clericus infirmus. c.1. extra de Cler.ęgro.Zanet.viden.de foro conſci.nu.31.vt etiam om-
1 nes alij legitimè impediti. Panor.in d.c.1. quia † per eos non ſint,
2 vnde pro ſeruientibus, & præſentibus habentur. Sed † an quo ad omnia, puta vt poſſint optare præbendam vacantem. vide Rolan.
3 conſ.58.nu.4.vol.3. Et circa fructus,quæro † ſi teſtator reliquit alicui fructus vnius anni,puta præſentis 1602. quo anno nõ moritur, ſed ſuperuiuit,an poſtea debeantur? & Ceph.cõſ.530.per tot.vol.4.

bonis

bonis rationibus deberi probat.in fi. tamen conſ.limitat,cum teſtator tempore teſtamenti minimè ægrotabat, quia coniectura ſumi non poteſt,quod mori crediderit, ideoque non de anno mortis, ſed de ſpecificato 1602. ſenſiſſe cenſetur.& ſic fructus anni ſecutę mortis non debentur ſecundum Ceph. & idem vult Mant. de coniect.
4 vlt.vol.lib.3.tit.11.num.26. Item † fauore infirmitatis fructus veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi, qui alias non venirent. l. liberto.§.filium in fi.ff.de annuis leg.

Summarium.

1 *Fucatus propter morbum permittitur.*

2 *Mundus muliebris quid ſit.*

1 FVcatus ad occultandam turpitudinem ex morbo cauſſatã permittitur, qui aliàs fortaſſe prohiberetur. vide infra in verbo Ornatus. & nota, Mundo non contineri vnguenta, quibus mulieres valetudinis gratia vnguntur.l.argumento in fi.ff.de auro,& arg.
2 leg. Mundus † autem muliebris eſt, quo mulier mundior fit. vt in eadem.l.dicitur.



LITTERA

LITTERA G.

Summarium.

1 *Gabella iusta fraudari non potest, & à non recognoscente Superiori imponitur. Sed non debetur ex redhibitione facta ratione morbi. nu. 2.*

GABELLA iusta etiam in foro conscientiæ, fraudari non potest. cōgerit Menoch. de arbit. iud. quęst.
1 casu 397. in prin. quæ † à non recognoscente Superiore imponi debet. Thob. consl. 47. nu. 8. ex cōmuni Ioseph Ludou. conclus. 15. circa prin. & infra col. 7.
2 vers. infertur, secundo. subdit, quòd si fit † redhibitio ratione morbi, ex quo non est noua venditio, non debet solui Gabella, citat Tiraq. de retract. conuent. §. 6. glo. 2. nu. 17.

Summarium.

1 *Generi per speciem non derogatur in iurisdictionalibus. fallit gratia infirmorum nu. 2. si ipsi hoc velint. nu. 3.*

GEneri per speciem derogari nemini dubium est. c. generi de
1 reg. iur. in 6. in iurisdictionalibus autem id † non obtinet.
* Bar. in l. 1. ff. de off. præf. vrbis. ex communi Ioseph Ludou. cōcl. 20. in princ. vnde habenti generalem iurisdictionem non derogatur per specialem commissionem. Ludou. eo loci, & ego dixi plene super constitutione Bullæ Rotalis Prou. Marchiæ nu. 17. glossasque prædictas compilaui, dum eram Auditor in dicta Rota.
2 Fallit † hæc regula quando iurisdictio concederetur respectu certi generis personarum, puta infirmorum. vt per Afflict. decis. 41. quę sequitur, dans concordantes, Ludou. vbi supra in 3. fallentia. tunc enim iurisdictio dicitur concessa cum ademptione aliorum Iudicū,
3 si tamen † ipsis infirmis expediat, neque alios Iudices habere velint, vt declarat ipse Ludou. in d. 3. fallentia in fin.

Summarium.

1 *Gratia Clerico concessa de præbenda vacatura amittitur ex negligentia petẽdi, quæ non consideratur in infirmis, & legitimè impeditis. nu. 2. quibus conceditur gratia non residendi. nu. 3. & gratia sanitatis à Deo prouenit. nu. 5.*

4 *Caussa rationabilis, quæ dicatur.*

GRatia si Clerico concessa sit, vt sibi de præbenda vacatura in certa Ecclesia prouideretur, eamq; vacantem petere neglexit,
1 † aliam postea vacaturam petere non poterit. c. si Clericus in princ.
2 de præbend. in 6. vbi glo. in ver. negligenter, ait, non procedere † in infirmis, alijsq; legitimè impeditis, in quibus negligentia conside-
3 rari nequit. Scias etiam, Clericis † posse gratiam fieri ab ordinario super residẽtia, ex rationabilibus caussis. c. licet canon. in fi. de elect.
4 in 6. vbi Gemin. inter rationabiles ponit † studium, infirmitatem, malam aëris temperiem, inimicitias, peregrinationemq;, & generaliter arbitrio Iudicis committitur, quæ dicatur rationabilis caussa. Graff. in decis. cas. consci. par. 2. lib. 3. cap. 29. nu. 35. Neque permit-
5 tendum est † inter gratias à Deo prouenientes, gratiam sanitatis, & curationis reponi ab Apost. 1. ad Corinth. 12.

Summarium.

1 *Valetudinarij excusantur non conformantes se moribus conuiuentium, & quando peccato gulæ fiant obnoxij. nu. 2.*

GVla multa mala facit, vt dixi in pri. par. cap. 42. num. 9. & 10. vnde sunt fugienda conuiuia, & commessationes dist. 44. in eis enim necesse est eorum mores, cum quibus viuimus, obseruare. c. vlt. dist. 41. vnde fiunt propinationes cũ magno valetudinis detrimento, præsertim malè se habentium, & valetudinariorum, licet
1 † illi excusarentur non conformando se moribus conuiuentium, vt
2 dicit Graff. in decis. cas. consci. par. 2. lib. 3. cap. 7. nu. 9. in fin. & † peccato gulæ fiunt obnoxij ægri cibum, vel potum sumentes in notabile damnum corporis, vt etiam ei ministrantes. Si autem damnũ non est graue, solum venialiter peccatur. Card. Tolet. de instruct. Sacerd. in peccato Gulæ cap. 60.

LITTERA

LITTERA H.

Summarium.

1 *Hæreditatis aditio non præſumitur; nec inducitur ex ſolutione expenſarum in Infirmitate factarum nu. 2.*

HÆREDITAS multis modis aditur. vt per Doct. in l. gerit. ff. de acquir. hæredit. & quia hæredi poteſt non leue præiudicium inferre aditio, non præſumi-
1 tur,† niſi probetur, vt plene per Maſcar. in ſuo tract. de Probat. concluſ. 40. nu. 8. & 9. & in ſpecie non in-
2 ducitur † ex ſolutione ab inſtituto facta expenſarum Infirmitatis ipſius teſtatoris defuncti, ſi modo modicę ſint. ex eod. Maſcar. concluſ. 44. nu. 36. poſt Nattam conſ. 448. nu. 14.

Summarium.

1 *Hiſtriones ſunt Infames. eisq; ſacra non committuntur. nu. 2. Intel. vt nu. 3.*
4 *Feſtis diebus honeſtæ recreationes capi poſſunt.*

1 HIſtriones nedum à iure Ciuili inter Infames † connumeratur. l. 1. §. ait Prætor. ff. de his qui notantur infam. verùm etiam à
2 Iure Canonico. c. pro dilectione de conſecrat. diſt. 2. quò † diſponitur, ne hiſtrionibus ſacra committantur myſteria. quod intelligunt Innoc. & Abbas in c. decorem extra de vi. & honeſt. Cleri. verum in
3 eis, † qui aſſueſecerunt ſe in illa arte, non autem in illis, qui aliquando exercuerũt in occulto ex rationabili cauſſã, vt ad complacentiã Infirmorum. idem voluit Farin. quæſt. crim. 56. nu. 241. art. 12. lib. 2. & eodem reſpectu poſſe etiam diebus feſtiuis dari operam Ludo Scacch. deduxi ego in meo tract. huius ludi quæſt. 10. princ. nu. 24. hinc ſumma Roſella in ver. Ieiunium circa finem affirmauit, homi-
4 nes † in die feſto poſſe honeſtam aliquam recreationem ſumere.

Summarium.

1 Horæ canonicæ ſunt ſeptem,& cur dicantur canonicæ nu.2.à quorum recitat. ægri excuſantur.num.3.& ſunt participes horarum ab alijs recitatarum nu.4. limita vt nu.5. & Infirmi nec etiam ad audiendum ſunt obligati. nu.6.neq; ad Orationem mentalem num.7.ergo multo magis à recitando in Choro. num.8.

1 HOræ Canonicæ ſunt † ſeptem,Matutinum,Prima,Tertia,Se-
xta,Nona,Veſperæ, & Completorium. c.1.vbi Doct. extra
2 de celebrat.miſſa. Sũma Thabiena in ver.horæ in princ.ſic † dictæ
à canon,quod eſt regula,ſunt enim regulariter dicendæ.cap.penult.
12.diſt. vt docet Cardi. in d. cap.1. col. 3. vbi latiſſimè in materia.
3 Si quis autem † dicere omiſit propter morbum excuſatur, vt per
omnes in d.c.1. in tantum vt morbo ceſſante,non teneatur.ex Ro-
ſella in ver. Horæ,& in ver.Ieiunium nu.23.rationem adducit,quia
illa eſt ſeruitus cuiusq; diei, quæ tempore variatur, ergo qui non po-
tuit dicere vno die, alio non obligatur. vt ſenſit etiam Card.à Tur-
recrem.in cap.eleuterius num.3.diſt.91.& paulò ante affirmauerat,
4 Ægrotantes † Clericos fieri participes horarum per alios dictarum.
vi.Nauar.de horis.cap.21.nu.16.vbi ait, quod cum eſt manifeſtum
morbum eſſe talem,auctoritate propria quis poteſt horas ommitte-
re,ſi eſt dubium, debet requiri conſilium Medici prudentis,& Præ-
lati nõ putat eſſe neceſſarium, niſi Monachis,& ita ait fieri ſolitum.
5 Antedicta † tamen ita ſunt accipienda, vt vendicent ſibi locum in
grauibus morbis,qui ex horarum recitatione augeri poſſent,ſecus ſi
quis leui morbo vexaretur,putà veteri quartana,ſeù catarrho veteri,
ſeù alia ſimili leui vexatione, qua non attenta propria poſſent ne-
gocia curari.ex eiuſdem Turrecrem.ſententia vbi ſupra.Inno. Abb.
& aliorum in citato cap.1.& Paul.Fuſchi in tract.viſit.lib.1.cap.20.
6 num.25. Sed an † quemadmodum Clericus Infirmus non tenetur
officium dicere,ab audiendo excuſetur. Summa Roſella in ver.ho-
ræ verſ.an autem Clericus,nullo iure cautum eſſe dicit, vt audire te-
neatur. eiuſdemq; ſententiæ fuit Thabi.in ver.horę nu.20.quamuis
ſubdat bonum eſſe audire, ſed non cogi Infirmum, maximè vbi ex
au[illegible] morbus aggrauetur.ex Fuſcho vbi ſup.nu.25.& Rebuf.in l.
7 m[illegible]s col.1.ff.de verbo.ſignif.Immo † nec cogitur Clericus ęgro-

tus

tus tunc loco horarum mente Deum precari. ex Nauar. in Manu. Confeſ.cap.25.nu.100.in fin. quem in materia hac leges, & omnino in tract.de Oratione, & horis Canonicis. Ex prædictis colligi-
8 tur facilius † excuſari Infirmum ſi extra Chorū horas recitat. vt per Graff.in deciſ.caſ.conſci.lib.2.cap.53.nu.7.par.1.& c.54.latius declarat, qualiter Infirmi excuſentur à recitatione horarum. vide eum.

Summarium.

1 Hoſpitalia pro ægrotis conſtruenda: & pro hac conſtructione Dominus cogitur vēdere aream.nu.2. licet regulariter nemo vendere cogatur.nu.3. & reus poteſt condemnari ad ſeruiendum Infirmis in Hoſpitali.nu.4. & hæc Hoſpitalia dicuntur Religioſa. nu.5. an autem ibi ſeruitute cogantur miniſtrare tempore peſtis.nu.6.

1 HOſpitalia pro curandis ægrotis extra mœnia cōſtitui oportere ſcripſit poſt Ioa.de Platea per eum citatum.Ripa de peſte tit.
2 de remed.ad curandam peſtē nu.11.& nu.ſeq. affirmauit † quē cogi poſſe ad vēdendū locū,in quo erigi, ædificariq; poſſit hoſpitale pro
3 curandis ægrotis, quāuis nemo regulariter rē † propriā vendere cogatur.l.inuitū.C.de cōtrah.empt.l.nec emere C.de iu. deliber. Aſin. latè in l.ſi quis ſepulcrū.ff.de relig. & sūpt.fune. & dicā infra in ver. vēdere. Vnde Grā.ſentētia in fi.dec.2.cōprobatur, vt iudex ex cauſſa
4 † poſſit reū cōdēnare ad ſeruiendū infirmis,& languētibus eius vita durāte in Hoſpitali. Et sūma cū ratione Infirmariæ in Monaſterijs cōſtruūtur per Monachis,& Monialib.Infirmis.vt dixit Fuſchus in
5 citato tract.de viſitat.c.25.nu.95.Sed an † huiuſmodi Hoſpitalia ꝓ ægrotis dicantur religioſa? ego dici puto per c.ad hęc extra de Relig. domi.facit Hoſti.in sūma tit.de coniug.leproſ.in fi. & ideo poſſunt per Epiſcop.viſitari Franc.Mar.q.1019.par.1. & poteſt poni exemplū in Congregatione illa miniſtrorum Infirmorum, vulgò dicta,
6 Fate ben fratelli. Et nota † ꝙ Fratres huius,ſimiliſq; Cōgregationis, ex quo voto ſe obligare ſolēt de miniſtrādo ęgrotis,tenētur etiā miniſtrare tempore peſtis.vt pulchrè docet Reuerēdiſs.Epiſcopus Benzonius tract.de fuga lib.1.quæſt.1. concluſ.8.car.13. vt etiam credo obligari alios miniſtros mercede conductos;ex traditis per eundem in d.q.1. & cogi poterunt, ſicut Ciues coguntur cum periculo vitæ defendere Ciuitatem. vi. Caiet.in opuſculis tract.9. q. vni.c[illegible]ſc.3.

LITTERA

LITTERA I.

Summarium.

1 Ieiunium alias necessarium non ligat Infirmos, aliosq; qui ex eo possent infirmi fieri nu.2. qui ieiunando potius peccarent.nu.3. vt mulieres prægnãtes nu.4. Sed an licentiam petere teneantur nu.5. & bonum est petere nu.6. & pro quanta ægritudine danda sit, medicus iudicat nu.7. anq; excusati vno tẽpore, alio supplere debeãt.nu.8. & in ieiunio debiles possunt cibum diuidere nu.9. & facere collationem de manè, & prãdium de sero. nu.10. & ad sanitatem ieiunium non improbatur die dominico nu.11.

IEIVNIVM ab Ecclesia ordinatum vt Quadragesimale, omnes obligat post vigesimum primum annum. vt per Abb. & add. in Rub. extra de Obser. Ieiu.
1 infirmi † tamen excipiuntur, ex eodem Panor. in cap. consiliũ eo. tit. & in §. pręterea d. cap. permitti asseruit ægrotis, comedere Carnes in Quadragesima, alijsq; ieiunijs. Idemq; in c. cum Infirmitas not. vlt. extra de pœnit. & remiss. scripsit, ieiuna-
2 re † eum non teneri, quamuis non ægrotet, quotiescunq; propter complexionem ex ieiunio verisimiliter timeri posset morbus, seù mors. idem sensit Nauar. in Manu. Confess. cap. 21. num. 16. Immo
3 † tunc ieiunãs magis peccaret, quam mereretur. vt notatur in c. mediocriter de consec. dist. 5. & faciunt tradita per nos in tract. de Ludo
4 Scacch. q. 1. princ. nu. 21. Ideo † si mulieres prægnantes vellent per longum tempus ieiunare, puta per totam Quadragesimam, vel medietatem, prohibendæ essent ex sententia Rosellæ in verbo Ieiuniũ
5 nu. 17. & nu. 26. quærit, an † super solutione ieiunij dispensatio petenda sit, quã quæst. ponit etiam Io. Gerson. in summa de Ieiu. lib. 4.
6 & dixi sup. ver. Carnes. & pro caut. semper † bonum est licentiã petere ab Episcopo, vel eius pœnitentiario, seù in eorum defectu à pro-
7 prio Sacerdote secundum Gersonem eo loci. & † pro quanta ægritudine liceat, Medicus iudicabit, qui peccat, vbi scienter non benè cõsulit Thab. in ver. Ieiunium nu. 22. tunc autem male consuleret, cũ carnem concederet ei, qui posset sustentari in Quadragesima ouis,

&

* & lacticinijs ex communi Nauar.in Manu.Confeſſ.cap.21. nu.23.
8 Sed † an excuſati à ieiunio vno tempore, alio ſupplere teneantur,& non teneri dixit Abb.in cap.1.extra de Obſer.Ieiu. quia eſt ſeruitus cuiusq; diei.idem voluit Roſel.vbi ſup.num.24.ſubditq; quod non ſolent confeſſores pro pœnitentia iniungere,etiam ijs,qui ſine legitima cauſſa ieiunium fregerunt,vt reaſſumãt,vide Zanet.de foro cõ-
9 ſci.nu.96. Et nota † quod qui remãſit debilis ex morbo præcedenti, poteſt ieiunans cibum diuidere ex Graff.in deciſ.caſu.conſci.part.2. lib.2.cap.16.nu.12.vbi extendit ad ſenes.& c.37.lib.2.par.2.nu.30.
10 ait, propter † debilitatem complexionis poſſe fieri collationem de mane, & prandium de ſero. Et nedum pro ſanitate ieiunium frangi
11 poteſt,vt dictum eſt, ſed † illud permittitur die dominico. vnde ad ſanitatem eo die quis abſq; peccato poſſet ſemel comedere. Syluester ver.Ieiunium nu.6. Nauar. in Manu. Conf.c.21.nu.27.in fin.

Summarium.

1 *Ignorare edicta publicata non licet.lim. in ægrotis, abſentibusq; nu.2.*
3 *Rim.iun conſ.801.nu.27. declaratur.*
4 *Vicinus quando præſumatur ſcire facta vicini.*
5 *Patrimonij vires Infirmi ſcire non præſumuntur, vt ſani.*

IGnorantia eorum, quæ publicè nota ſunt, non præſumitur,neq; excuſatur plenè Gub. Rom. tit. de reg. iu.reg.5.num.21. Vnde
1 † edicta,& proclamata publicata ignorare non licet. fusè Milleus in praxi crim.pag.mihi 61.nu.7.Gabr.vbi ſup.nu.16.Ceph.conſ.245.
2 infirmi † tamen.& abſentes excuſantur.doct.Bar.in Is poteſt nu.17. ff.de acq. hær.amplè Bertaz.cõſ.crim.263. nu.9.Ceph.in cit.conſ. Grã.deciſ.36.nu.23.Æmil.cõſ.124.Corbol.de priuatione ob nõ ſolutũ canonem emphyt.lim.20. nu.13. Rim.iun.cõſ.409.lib.4.licet
3 conſ.801.lib.7.nu.27.affirmet,Infirmum in loco † præſentem præſumi ſcire,& fuiſſe à viſitantibus eum certificatum. quod poteſt habere locum, cum morbus non eſt grauis, ſed leuis, quia grauiter ægrotantes non præbent aures ad ea,quæ dicuntur à viſitantibus,& ita intelligit Gabr.tit.de præſumpt. reg.6.nu.33. in fin. declarando
4 illud. † quando vicinus, vel conſanguineus præſumatur ſcire facta vicini,

vicini,& Mascar.de prob.concl.413.nu.18.Menoch. de præsumpt.
5 par.2.lib.6.præs.24.num.39. Accedat prędictis,quod † licet quisq; præsumatur scire vires sui patrimonij. gl.in auct. Sed cum testatur C.ad l.Falci.morbo tamen grauati nō præsumūtur,sed potius ignorare,mortis cogitatione turbati ad tradita per Mascar.in concl.incip. facultates in ordine 736. circa finem.

Summarium.

1 *Infirmi sunt immunes etiam officio non perfecto, propter quod immunitas concedebatur.*

2 *Medici fieri possunt immunes à Decurionibus.*

1 IMmunitas si alicui concedatur postquam aliquod officium perfecerit,si quis propter morbum perficere non potuit,gaudet nihilominus ea, ac si perfecisset.vt per Rom.sing.66. incip. an stante statuto.dicam infra in verbo officialis. & licet Decuriones non pos-
2 sint concedere immunitatē,tamen Medicis † validè concedunt.l.1. C.de decretis Decur.lib.10. quod in commodum ægrotantium redundare constat.

Summarium.

1 *Inimici tenentur subuenire infirmis, vt alijs in necessitate constitutis. & num.2.*

1 INimici ex Christi præcepto sunt diligendi, sed præter articulum necessitatis non arctamur eis subuenire. D.Thom.22. q.25. & Summistæ in verbo Charitas. Morbus itaque cum necessariam caussam contineat,vt dixi in pri.par.cap.8. facit (ni fallor) vt infir-
2 mis † etiam inimici subuenire teneantur. vnde si quis videret inimicum, ex ardenti febri factum phreneticum, in præcipitium currere,profectò teneretur eum retinere.vt dicit Lucas de Penna in l.1. nu.13.circa finem.C.de commeatu lib.12.per tex. in c. nimirum in princ.23.q.4.

Summa-

Summarium.

1 *Iniuriarum actione non tenetur obijciens crimina, quæ Reipub. interest, vt sciantur, sed naturæ defectus impunè obijci non possunt. num.2. intell. vt num.3.*

2 *Iniuriæ remissæ ab ægrotis in testamento, vel confessione an tollant actionem iniuriarum.*

INiuriosa verba dicens alteri, obijciendo ei aliquod crimen, quod
1 sciri Reipub. interest, actione † iniuriarum non tenetur. vt per Doct. in l. eum, qui nocentem in princ. ff. de pœnis. Alex. in l. 3. in princ. nu. 3. ff. de libe. & posth. & Clar. lib. 5. recept. sentent. §. iniuria. vers. item quæro. Et cum certum sit Reipublicæ nihil interesse, si sciatur, vtrum quis ægrotet, cæcus, seu claudus sit, concludi posse vi-
2 detur, † tales naturæ defectus impunè obijci non posse; nisi forsan infirmitas esset contagiosa. ad tradita per Fely. in c. 23. in fin. extra de re iudic. Diaz. in sua reg. 784. in 2. fallent. & per Salyc. in l. 3. C.
3 de iniur. Verum me † auctore nemo detegat morbos alterius, etiam contagiosos, in præsentia affecti, sed in absentia, vt omnis iniuriæ suspicio prorsus pellatur, quæ ex veritate conuitij non colligitur, vt
4 dixi, & probat Didac. var. resolu. lib. 1. cap. 11. Sed an infirmus, † qui in testamento iniuriam condonauit, seu in confessione facta eius confessori, possit agere iniuriarum, colliges ex plenè scriptis à Puteo de Syndic. in ver. Compositio cap. 8. Clar. in pract. crim. §. vlt. q. 58. vers. quæro pone. & quæro modo. & Mascar. de probat. cõclu. 1258. incip. remissio.

Summarium.

1 *Instantia incipit currere à contestatione litis, sed non contra infirmos. vt ibi.*

INstantia dicitur illa iudicij exercitatio, quæ fit à litis contestatione, vsque ad sententiam latam, seu vsque ad finem triennij in caussa ciuili, si non fertur sententia, seu biennij in caussa criminali.
1 l. properandum, vbi plenè scribentes. C. de iudic. & à litis † contestatione currere incipit, vt in ead. l. probatur. Sed non contra ægrotos.

vt not.in l.2.§.si non per aduersam, & §. si quis in iudicio. ff. si quis caut.amplè Bero.viden.in c.venerabilis nu.33.extra de iudic. Asin. in praxi iudi. ciuili.§.2. cap.11.nu.29. conferunt scripta per Gram. decis.69.nu.2.& per Ludou. decis.Perus.36. par.1. & scripta paullò infra in ver.Insufflatio.& Maran.in Spec.in 5.par.de instãtia nu.28.

Summarium.

1 *Posthumi institutio cum verbis istis, si post mortem nascetur, quomodo intelligatur.& nu.2. & 3.*

4 *Infirmus quo animo censeatur donare caussa mortis, hæredes instituere, & legare.nu.5.& 6.*

7 *Institutio posthumi quando trahatur ad omnem posthumum.*

1 INstitutio facta de posthumo post mortem nascituro, ad natum in vita extenditur † cum testator credidit post mortem nasci.ex
* communi intellectu.l.fi.C.de hæred.& posth. vt de communi testa-
2 tur Ceph.cons.530.nu.7. lib.4. vbi subdit † testatorem tunc præsumi de morte cogitasse, cum tempore conditi testamenti ęgrotabat. illa ergo verba, qui nascetur post mortem, censentur apposita fuisse per testatorem, quia filium post eius mortem nasciturum putabat, non quia instituendi animũ non habuerit cum in vita nasceretur, vt habuisse censeretur, si testamentum in sanitate condidisset, eaque
3 verba, qui post mortem nascetur, apposuisset; quo † casu natus in vita non esset comprehensus. vt post Bal. cęteri notant in d.l.fin. & Cephal.in citato cõs.530. Scias etiã, quod licet in donatione caussa
4 mortis facta ab infirmo, qui de propria vita desperauit, tacita † intelligatur conditio, si ex illo morbo decesserit, vt dictum fuit supra in ver.Donatio.& post Bald. cęteri tradunt in d.l.fin.C.de hære.instit.
5 Secus tamẽ est † in hæredis institutione, & in legatis. vt in ead.l.annotatur.& voluit Castrẽ.in l.sancimus.nu.4.C.de testam. nisi dixis-
6 set testator, † volo testamenta, & legata valere, si de hac infirmitate decessero, tunc enim eo conualescente testamentum, legataq; irritãtur.ex Bal.& Castren. in d.l.fin. & Bart.in l.potest quis.ff. de hæred. instit.& Mantica de cõiect.vlt.volunt.lib.12.tit.5.nu.17.Scias etiã,
7 quod licet institutio posthumi † trahatur ad omnem posthumum.

l.placet.

l.placet.ff.de libe.& posth. id tamen non procedit,cum testator erat infirmus tempore testamenti, quia tunc cum putaret vxorem suam amplius ex se prægnantem non fieri, ideo venit solum existens in ventre tépore conditi testamenti. vt dicit post Castren. in quodam cons. citat. Alex.in d.l.placet,quod notandum esse dixit Bertach. in reper.ver.Institutio nu.20. in fin.

Summarium.

1 *Insufflatio conceditur actori infirmo.*

1 INsufflatio spiritus vitæ instantiæ peremptæ ex caussa à Principe fieri potest,vt per Rol.amplè cons.4.lib.3. vbi huiusmodi caussas connumerando,inter illas reponit,cum actor ęgrotare cœpit. vi. Afflict.super consti.Regni in rub.de numero baiul.in 2.not.Capy. decis.165.Maranta in 5.par. Speculi pag.mihi 183.nu.80. & Afin. in praxi iudi.§.2. cap.16.num.9. apud quos insufflationis prædictę materia plene tractatur.

Summarium.

1 *Interdictum quid sit, & an impediat Diuina. nu.2.*
3 *Dispensatio facta interdicti tempore an extendatur ad familiares.*
5 *Christi Corpus quomodo defertur ægris interdicti tempore.*

INterdictum dicitur priuatio,quo ad quædá Ecclesiastica,per sententiam iuris,vel Iudicis facta. vt docuit Summa Rosella in ver.
1 Interdictum,temporeq; † interdicti Diuina officia in locis interdictis celebranda nó sunt.c.si sentétia. & c. si Ciuitas de sent.excómu.
2 in 6. Sed an † tunc denegabitur Sacramentum pœnitentiæ? Infirmis constat non denegari, sed de sanis aliqui dubitarunt, sed superuenit dispositio.c.alma de sent.excommu. & lib.6. qua cautum est, sanos ad similitudinem ęgrotantium ad pœnitentiam admitti, etiá
4 interdicti tempore. Quid † si tunc concessum sit alicui singulari personæ,putà Episcopo,vt possit celebrare,seu audire Diuina,an familiares, & domestici ad audiendum, & celebrandum cum eo admittantur

mittantur.tex. in c.licet de priuil. lib.6. admittit,non idem censendum est in familiaribus alicuius Conuentus, seu Collegij, illi enim nisi priuilegiati fuerint,admitti non debent.vt dicitur in eod.c.nisi in Conuentu,seu Collegio tres tantum essent,quorum duo ęgrotarent,nam eo casu tertius cum familiari ad celebrandum admittitur, ne priuilegium fiat inutile.vt per Rosellam in loco citato,& glo. in d.cap.licet, in ver.non debeat, quam ibi Gemin.approbat. & nota,
5 † quod cum tempore interdicti defertur Corpus Christi, infirmis, defertur cum sono Campanellę, lumine, & alijs consuetis. vt per Graff. in decis.cas.consci.par.2.lib.1.cap.1. nu.20.

Summarium.

1 *Inuentarium non factum tempore debito ob morbum potest alio tempore perfici, & tutores excusantur, si propter morbũ illud non confecerunt.nu.2.*

1 INuentarium si hæres morbo † impeditus tempore à iure statuto non perficit, excusatur,vt etiam alij legitime impediti,ita vt nec ipsi,nec eorum hæredes,postea venientes ad conficiendum sint repellendi.vt auctoritate Castren.cons.398.lib.2.scripsit Monticulus videndus in suo tract. de inuent.cap.10.nu.320. & seq. & Phanut.
2 in eodem tract.par.1.nu.20. & seq. Item † excusantur propter morbum tutores,& curatores, si non fecerint inuentarium. vt probat Plot.de in litem iuran.§.9.nu.16.pag. mihi 127.

Summarium.

1 *Inuitus potest æger curari. & non potest suis beneficijs renunciare totaliter.*

INuitus quamuis cogatur beneficium accipere. l. inuito.ff.de reg.
1 iu.infirmus † tamen eius commodo cogitur, & ideo inuitus cu-
2 ratur.ex Dec. ibi. vnde cogita,si dici possit † quod ægri non queant suis priuilegijs renunciare totaliter, licet aliquibus fortasse, eis non vtendo, & sic tacite, vel etiam expressa. vide tamen Butrium in c. accedentibus col.2.extra de priuil.Mascar.de prob.in concl.Inci.Renunciatio in ordine mihi 1269.nu.20.

Summa-

Summarium.

1 *Irregularitas quibus modis contrahatur à seruientibus Infirmis. quæ incurritur ex mutilatione sui ipsius nu. 2. Item ex potione data Infirmo, vt moriatur, vel sano, vt æger fiat. nu. 3.*

4 *Optare ægritudinem alicui, vt melior fiat, non est peccatum.*

1 IRregularitas contrahitur à seruientibus ægrotis, cum ex certa scientia, vel probabili ignorantia noxia infirmis exhibuerint, ex quibus mortui sint, vt per Inno. & Abb. in cap. tua nos. §. 1. de homi. Graff. in decis. cas. consci. lib. 2. cap. 66. nu. 7. par. 1. & num. 10. ait vertentem Infirmum in aliud latus, vt citius moriatur, fieri pariter irregularem. alia possem in hac materia scribere, quæ ponit Armilla in ver. Irregularitas, & alijs summistæ, & tractantes materiam, ad
2 quos me refero. non ommittendo † ob mutilationem sui, quem effici irregularem. vt post Zabar. citatum in Clem. 1. de rel. & vener. sanct. in 3. not. scripsit idem Graff. in 2. part. decis. lib. 3. cap. 5. nu. 30.
3 in fin. Item † fit irregularis, qui dat potionem, seu cibum Infirmo, vt inde mors sequatur, vel sano, vt æger fiat. vi. Maiolum de Irreg.
4 lib. 5. c. 48. §. 1. Sciasq; optátem † ægritudinem alicui, vt melior fiat, non peccare. vide Card. à Turre cremata cap. qui negligunt nu. 3. & nu. 5. in fin. 24. q. 3. & Cardi. Tolet. de Instru. Sacerd. lib. 4. cap. 11. & supra lib. 1. cap. 57. latè, agit de Irregularitate ex defectu corporis. & ex leui, non leuissima culpa in eam Medicum incidere dicit lib. 1. cap. 81. car. 331.

Summarium.

1 *Iudex quando interponat officium suum non petitum. qui tenetur scire iura. nu. 2. neq; potest reuocare quod definit. pronunciauit num. 3. vbiq; dati sunt plures Iudices, si vnus præoccupauit, alij non possunt aliquid facere, nisi ille ægrotet. nu. 4. an autem Iudex ciuilium possit de criminalibus cognoscere, & è conuerso nu. 5.*

6 *Promissio veniendi ad iudicem, & non recedendi de loco sine licentia qualiter intelligatur.*

Iudex

IVdex officium ſuum non petitum ad priuatam vtilitatem im-
1 pertiri non poteſt, nec debet,niſi † fauore piæ cauſæ,abſentis.vel
* ægri,ex commu. Viu.lib. 1.opin. 175.Soarez in Theſauro ver.Iudex nu.226.vide ſupra in ver.aduocati.Marſ.conſ.56.nu.15. & Aſin.de
2 executione c.144.cart.64. Iudexq; ordinarius † licet teneatur ſcire iura. Abb.cap.cum in omni nu.14.extra de vita, & hon. Cleri. & ſic non videatur poſſe petere acceſſorem. Laurent.deciſ.Auenio.142. nu.2.Fallit,ſi ægrotat.gl.in c. ſtatutum.§.acceſſorem de reſcrip.in 6.
3 Item † quamuis reuocare non poſſit,quod ſemel definitiuè pronunciauit.l.Iudex poſteaquam.ff.de re iudi. Tamen ſi pro criminis pœna delinquenti iniunxit onus operarum reip.præſtandarum, quas propter morbum,qui duraturus eſt,præſtare non poteſt,ſententiam reuocabit. ad notoria per Rom. in Repet. l. ſi verò §.de viro nu.76.
4 verſ.ſeptimo probatur.ff.ſolu.matrim. quo loci etiam aſſerit † quod vbi plures dati ſunt Iudices, & vnus præoccupauit, alij cognoſcere non poſſunt,niſi ille ſit æger.vi.Bart.in l.1.ff.de off.conſ.& Doct.in cap. cum plures de off.deleg. in 6. & cap. ſi duo de procur.eod.tit.
5 Vnde cogita,ſi eadem ratione poſſit,quæ Iudex † cauſſarum ciuiliũ, poſſit ſe intromittere in off. Iudicis criminalis, & e conuerſo, quod regulariter facere non poſſet.l.ſolemus. §. latrunculator. ff. de iudic.
6 vide Rip.de priuil.iudi. cauſſa poſt. nu.43. Sciasq; † promittentem ad iudicem venire, excuſari, ſi ob morbum non venit. Rimin. iun. conſ.135.nu.22. in 2.& nu.35. ſubdit promittentem non recedere de loco ſine licentia Iudicis,ea obtenta non reddi tutum, niſi acceſſerit conſenſus eorum,ad cuius inſtantiam detinebatur.

Summarium.

1 *Iudicare infirmi non coguntur.*
2 *Officium implere infirmus non cogitur.*
3 *Iudex morbum ſimulans tenetur in Syndicatu.*
4 *Officialis ſi non potuit tempore debito ad officium venire, an poſtea veniens admittatur.*

IVdicare Iudex cogitur regulariter.l.munerum.§.iudicandi neceſ-
1 ſitas.ff.de mune. & honor. Sed † Prætor quos intelligit operam

ad

ad iudicandum dare non posse ob malam forte valetudinem, se ex-
2 cusaturum pollicetur in l. 1. in princ. ff. de excusat. mune. Ideoq; † Iudex, qui aliàs coactus fuisset, si ægrotat, officium complere, & perficere non cogitur. ex Paride de Syndic. in ver. Impedimentum, & in
3 ver. negligentia. cap. 4. nu. 8. illum † teneri in Syndicatu affirmauit, qui finxit se ægrotare. arg. l. si quis à Barbaris. C. de re milit. lib. 12. An autem electus Iudex pro sex mensibus, si ex morbo non potuit
4 venire † veniens postmodum ad officium admittatur, docet Put. in d. ver. Impedimentum nu. 3. & posset forsan distingui, vt factũ fuit supra in hac 2. par. in ver. Famulus, nu. 3. vi. Ioan. Bapt. Seuer. in l. diẽ functo nu. 12. in fin. ff. de off. assess. qui asseruit, quod si venit paullò post terminum, admitti debeat, si Respub. nullum prætendit interesse. vt diceretur, si diù officium vacasset, vel aliter prouisum fuisset: quo casu admittere non cogeretur.

Summarium.

1 *Iudicium supersedere facit infirmitas, sed executionem non impedit. nu. 2.*

1 IVdicium supersedere facit infirmitas, nam si Iudex, seu alter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, lex iubet diem iudicij differri. l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut. Scias tamen morbum hunc effectum operari. in contestatione litis, ferundaq; sententia, &
2 eius caussa aliquam dilationem concedi, sed † ad impediendam executionem nihil posse. vt post Guil. de Ludo. sing. 28. dixit Asin. in praxi iudi. §. 31. ampl. 17. pag. mihi 367. col. 1. per tex. in l. si quis instituatur. §. fi. iuncta glos. in ver. ægritudine. ff. de hæred. instit. & idẽ voluit Sebast. Med. de fort. cas. par. 2. q. 6. nu. 18. & dixi supra in hac 2. par. in ver. debitum nu. 8.

Summarium.

1 *Iuramentũ quod saluti animæ, & corporis nocet nõ seruandũ. intell. vt nu. 2.*
3 *Vltramontani iuramentum de manendo Romæ de mense August. an valeat.*
4 *Infirmi in domo propria ad iurandum requiri debent.*

IVramentum, quod absque interitu salutis æternę seruari non potest, non est obligatorium, ita vt propria auctoritate contemni

possit.

possit. Abb. plenè in c. si verò aliquis extra de iureiur. vbi post gloss.
1 subiunxit † minus obseruari debere iuramentum illud, cuius obseruatione corporali saluti obesset. & Fely. ibi eũ secutus est. & nos de Ludo Scacch. q. 1. prin. nu. 20. vide infra ver. Votum nu. 6. intellige
2 † tamen, cum iuramentum directè vergit in interitũ corporis, secus si occasionaliter. ex gl. in d. c. si verò in ver. Salutis. quæ ponit exem-
3 plum Vltramontani iurantis † velle morari Romę mense Augusti, dicitq; iuramentum tenere, quia non directè, sed occasionaliter corpori nocet. & ibi Fely. post citatos comprobat in homine bene cõ-
3 plexionato, & sano, alias non, vide eum. Sciasq; ad † domum infirmorum mitti oportere pro iuramento. l. ad personas. ff. de iureiur. ample Caroc. de iuramento lit. decis. q. 13. in princ. Et in iuramento calumnię exẽplificantur Mod. Tiburt. de iuram. calum. c. 17. nu. 11.

Summarium.

1 *Iuuenes incontinentes præsumuntur. nisi ægrotant. nu. 2.*
3 *Vxor ab infirmo supergrediente, & à parte posteriori cognosci potest.*
4 *Mulieres cum Clericis infirmis possunt habitare.*

IVuenes in rebus venereis vix cõtinentes reperiuntur, vnde illud *A iuuene, & cupido credatur reddita virgo?* gloss. in l. si verò. §.
1 si adolescens. ff. mand. Quapropter † contra eos suspicamur. c. litteris extra de præsumpt. Aymo pulchrè consil. 321. lib. 2. Verùm
2 † talem suspicionem aufert morbus. Aym. eo loci. nu. 4. coitus enim cum illo incompatibilis est. vt dixi supra in ver. debitum. Item ope-
3 ratur, † vt licet non possit absq; saltem veniali peccato, vxor cognosci supergrediendo eam, vel à parte posteriori in vase tamen debito. Sot. dist. 31. q. 1. art. 4. tamen propter morbum. i. dummodo intẽtio non esset praua, permittitur. Graff. in decis. cas. consci. lib. 2. cap. 82. num. 17. par. 1. pag. mihi 241. Ideo non esset improbanda, sed tole-
4 randa † habitatio mulierum cum clericis infirmis, in quibus non vigeret incontinentiæ præsumptio, nam mulieres ægrotis necessariæ videntur. iuxta illud Eccl. 36. vbi non est mulier, ingemiscit æger. vide infra verbo Mulieres.

LITTERA.

LITTERA L.

Summarium.

1 *Laicus, quæ possit exequi infirmitatis priuilegio. & num.2. traditur regula generalis.*

1 LAICVS † multa ex infirmitatis priuilegio exequi potest, quæ alias non posset. vt constat ex traditis supra in hac 2.par. in ver. Baptisma. & ver. Confiteri. & ex Ripa de priuil. iudi. caussa pestis. nu. 46. & seq. quę repetere superfluum esset. hoc tamen præterire non
2 possum, † quod de omnibus, quæ spectant ad officium Presbyteri illud solum necessitatis tempore Laicis permittitur, quod in iure expressum apparet. vt pro regula tradiderunt. Innoc. & Abb. in c. quanto extra de consuet. & Nauar. in c. 1. in princ. nu. 88. de pœnit. dist. 6. Dec. c. 2. col. 12. de iudic. & vi. Rip. in d. c. decernimus nu. 70. eo. tit. expressa autem ipsi recensent, & Lucas de Penna in l. 6. in fin. C. de Decur. lib. 10.

Summarium.

1 *Legatũ adimitur ex negligentia supina in curando testatorem. translatioq; legati occasione morbi Legatarij quando locum habeat. nu. 2. & an reuocetur legatum, si testator conualescit. nu. 3. & 4.*
5 *Nutu infirmi legare possunt.*
6 *Pium an dicatur legatum factum ab infirmo pro oblationibus.*
7 *Legatum cum onere morandi qualiter intelligatur.*
8 *Conditio an habeatur pro impleta, si propter morbum impleri nequit.*
9 *Legatarius vnà cum legato petit quidquid pro testatore curando erogauit.*

LEgatum adimi constat ex negligentia legatarij in curando testatorem ægrotũ. Natta cons. 462. & plenè Manti. de coniect.
1 vlt. volunt. lib. 12. tit. 5. nu. 10. vbi subdit, hoc † procedere in negligentia supina, culpa lata, vel saltem leui, non autem leuissima: ibiq; materiam doctè declarat, ad quem me refero. Scias translationem
2 legati † occasione infirmitatis ipsius legatarij factam, ita demum

Dd effectum

effectũ sortiri, si ex eadem infirmitate legatarius moriatur. l. alumnę.
3 §. fi. ff. de adim. leg. Mantica, vbi supra lib. 12. tit. 13. Non † ideo tamen legatũ reuocatur, quod à testatore infirmo, & in articulo mortis constituto factum sit, etiam si cõualescat. vt post Ias. in l. Stichus, qui meus erit. nu. 30. ff. de leg. 1. scripsit Mãtica eo. lib. 12. tit. 2. nu. 5. & Ioseph. Ludo. commun. opin. lib. 1. conclus. 24. col. 16. & 19. post
4 Menoch. cons. 146. nu. 25. lib. 2. Ex quo † enim testator conualescẽs reuocare potest, si non reuocat, præsumendum est in eadem voluntate perseuerare. vt dixit Mascar. de probat. conclus. 1286. incip. Re-
5 uocatio legati nu. 19. Præterea ægrotis conceditur, vt nutu † legare possint. Ias. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega. primo approbatus à Paulo Ori. in l. 1. nu. 62. ff. de off. eius. amplè Mantica in d. trac. lib. 8. tit. 1. nu. 19. vi. Rotam Auenionensem decis. 32. Legatumque
6 † factum ab infirmo pro oblatione, quam in Ecclesia fieri mandat, ad pias caussas factum præsumitur. vt post citatos deduxit Menoch. in 2. par. tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. num. 29. Et cum
7 testator † legauit vxori donec cum filijs suis valetudinarijs permanserit, commorandi onus contemplatione filiorum censetur appositum, vnde illis deficientibus non præstabitur, vt pręstaretur, si morbi nullus habitus fuisset respectus, ad deducta per Ludou. in loco citato, ita intelligentem Anch. cons. 237. nu. 2. vers. & in dubio. & per Menoch. in tract. præsump. par. 2. pręsump. 123. per totam lib. 4.
8 Sed † nunquid cõditio sub qua factum fuit legatum, habeatur pro impleta, cum legatarius propter morbum implere non potuit? colliges ex Ripa de peste tit. de priuil. vlt. volunt. nu. 43. & seq. Quid
9 † si legatarius aliquid in morbũ testatoris erogauit, an repetere possit? & non prohiberi cum legato petere huiusmodi expensas, probat tex. vbi Castren. & Saly. in l. legatum. C. de relig. & sumpt. fune.

Summarium.

1 Legatus infirmus sumptus pro reditu consequitur, an autem possit alium loco suo constituere. num. 2. & si sunt plures, & vnus seruiat pro alijs ægrotis, an plura salaria consequatur. nu. 3. an autem saltem sibi debeatur salarium pro tempore morbi socij. nu. 4.

5 Legatus de latere potest caussam committere in partibus, quam alias non posset, fauore infirmi.

Legatus

1 LEgatus, † æger in legatione factus, sumptus pro reditu cōsequi potest.doctr. Bart. in l. si cui.§.tamdiu per illum tex.ff.ex qui.
2 cau.maio. & dixi in hac 2.par.in ver.abesse.nu.3. An † autem legatus infirmus possit loco sui alterum constituere. colliges ex Bald. in rub.extra de procurat.nu.39.Tiraq.in l.nunquam nu.16.in fi.C.de reuoca.donat.& ex dictis per nos in pri.par.huius tract.c.46.per tot.
3 Quid † si missis duobus legatis, alter ipsorum æger factus nō possit munus suum obire, quod à socio obeatur, an duplex consequetur salarium. & nō consequi scripsit Bart.in l.2.C.de legat.lib.10.quod
4 addentes ad eum declarant.Sed an si socius † expectet socium infirmum in legatione pro eo tempore consequatur salarium, & consequi putat Caroc. de locato edit.3. par.2.q.4. vbi declarat.vide eum.
5 Scias etiam legatum de latere † fauore infirmi posse caussam committere in partibus,etiam quod pars appellauerit ad Papam nomine proprio eius expresso. Aluarus decis.Lituanica 62.nu.7.

Summarium.

1 Legitimatio plures effectus producit, & illegitimos legitimat. lim. nisi fiat in fraudem. nu.2. frausq; ex solo morbo non colligitur. nu.3.

LEgitimatio per subsequens Matrimonium multos effectus producit.vt plenè per Gabr.Rom. conclus.lib.6.tit. de legitimat.
1 concl.1.per tot. & per eam filij illegitimi † legitimātur, etiam quod Matrimonium in Infirmitate, immo in articulo mortis contraha-
* tur. vt ex recepta Doct. sententia probat Duen. reg.350. lim.1. vbi
2 limitat † non procedere,cum id fieret in fraudem aliorum.vi.Ceph. cons.276.num.37.lib.2.Burs.cons.18.nu.22.Manti. dè coniect.vlt. volun.lib.11.tit.13. & omnino Ioseph.Ludou.commu.opin.lib.1.
3 conclus.26. Ex † eo autem non colligitur fraus(nisi alia cōcurrant) quod in mortis articulo quis matrimonium contraxerit. vt probat Gabr. vbi supra num.59.

Summarium.

1 *Libertus infirmus excusatur à præst. operarum, & cur. Item à tute la patroni, liberorumque num. 2.*

3 *Patronus ius habet in bonis liberti pro alimentis tempore morbi.*

Libertus, qui post indictionem operarum valetudine impeditur,
1 quo minus operas præstet, excusatur, nec † enim potest videri per eum stare, vt ait. I. C. in l. libertus. ff. de op. libert. Præterea à
2 † tutela Patroni, liberorumq; excusatur, si tanta corporis, seu mentis valetudine impeditur, vt ne suis quidem negocijs superesse queat. l.
3 Titius. §. 1. ff. de excus. tut. Patronusq; † in bonis ipsius liberti ius non habet, nisi pro alimentis tempore morbi. l. vlt. ff. de lib. agnos.

Summarium.

1 *Lis in alium potest transferri propter morbum, ætatem, necessariasque occupationes.*

1 Lis in duriorem aduersarium de iure transferri non potest. l. 1. & per tot. tit. ff. de alien. iud. mut. causa fact. Pœdius autem eius-
2 dem tit. interpres in l. 5. §. 1. sic scriptum reliquit. si quis † ob valetudinem, aut ætatem, aut necessarias occupationes, litem in alium transtulerit, edicto non tenetur.

Summarium.

1 *Locutione prohibita cum carcerato, de qua intelligatur.*

Locutio si graui pœna cum carcerato prohibeatur, de ea intelli-
1 gi debet, quæ in Fisci damnum vergit † non de ea, qua quis vti Christianus vtitur cum carcerato infirmo caussa eum consolandi. vt per Aymonē cons. 3. nu. 12. lib. 1. & in materia vide Io. Franc. Cremonā inter cons. crim. Bertaz. cons. 439. nu. 25. Mascar. de prob. concl. 1245. incip. cum vnaquæq; nu. 66.

Summa-

Summarium.

1 *Ludus etiam licitus nõ poteſt exerceri præcipuis feſtiuitatibus niſi pro ægris.*
2 *Clerici, maxime Curati, an tempore peſtis licitè ludant.*

LVdus, etiam ſui natura licitus, damnatur in præcipuis, ſolemni-
1 busq; feſtiuitatibus, niſi † iuſta, & rationabili cauſſa exercea-
tur, vt puta ad complacentiam infirmorum ad tradita per me de Lu-
do Scacch. q. 10. princ. nu. 17. & ſeq. & Abb. in c. cum decorem extra
de vit. & hon. Cleri. & ſupra in verbo Hiſtriones. Amplia vt per
2 Nauar. in Manu. Conf. c. 19. nu. 3. poſt medium. Sciasq; † quod tem-
pore peſtis, vel contagioſę ægritudinis non licet Clerico, præſertim
Curato, ludere, cum illud ſit tempus orandi, & agendi pęnitentiam.
vel enim eſt infectus, vel ſanus, ſi infectus debet ſaluti animæ con-
ſulere, ſi ſanus, alijs tenetur officia pia, & miſericordiæ opera exerce-
re, vnde ludendo, ſaltem venialiter peccaret. vt docet Benz. de fuga
lib. 1. quæſt. 7. pag. 120.



LITTERA

LITTERA M.

Summarium.

1 *Mandatum susceptum consumari oportet, nisi renunciatum sit, & quando renunciari possit nu. 2. & quæ ab intempestiua renunciatione excusent. num. 3.*



ANDATVM non suscipere sicut à principio liberum cuique est, ita susceptum consumari oportet,
1 nisi † renunciatum sit. vt dixit Vlp. in l. si quis mi-
2 hi. §. fi. ff. mand. Renunciari † autem (subdit I. C.) ita potest, vt integrum ius mandatori reseruetur, vel per se, vel per aliam eandem rem commodè explicandi. Mandati
3 ergo ille tenetur, † qui mandatum susceptum non implet, vel intépestiuè renunciat, nisi valetudinis aduersæ, vel capitalium inimicitiarum, seu ob aliam iustam caussam excusationes alleget. vt habetur in l. sanè cum seq. ff. eod. tit. an autem mandatarius expensas infirmitatis mandanti imputet. vi. infra ver. Socius.

Summarium.

1 *Manumissio quando à minore annis viginti expediatur.*

1 MAnumissio per minorem 20. annis absque iusta caussa expediri non potest. l. si minor. ff. de manu. vind. Iustæ autem caussæ sunt (vt dicit I. C. in l. etiam eod. tit.) veluti quod seruus dominum in prælio adiuuerit, cõtra latrones occisus sit, quod sanauerit, quod insidias detexerit.

Summarium.

1 *Mater successione filij priuatur, si ei tutorem non petijt. idoneosq; petere debet, eisq; excusatis alios dari facere nu. 2. infirma excusatur nu. 4. quæ neque tenetur filium lactare nu. seq.*

3 *Verbum confestim quo pacto accipiatur.*

Mater,

1 MAter, quæ filio impuberi infra annum tutorem non petijt, eius successione priuatur. vt hãc regulam cum ampl. & lim.
2 ponit Ant. Gabr. tit. de tut. conclus. 1. idoneosq; † tutores petere debet, eisq; excusatis, reiectisuè confestim alios nominare, vt dicit text. in l. 2. §. si mater. ff. ad S. C. Tertyl. vbi illud verbum confestim de-
3 claratur, vbi primum † potuit Prætoris copiam habere, nisi fortè
4 (subdit ibi I. C.) infirmitate impedita † sit, vel alia magna caussa.
5 Confert quod † licet mater teneatur intra triennium filium lactare, tamen si lac non habet, vel sit infirma, excusatur, ita, vt neque etiam teneatur suis expensis prouidere nutricẽ. ex Surdo videndo in tract. de alim. tit. 7. q. 13. nu. 4. & seq.

Summarium.

1 *Matrimonium impugnare potest infirmus post denunciationes factas.*
2 *Infirmus etiam in articulo mortis matrimonium rectè contrahit, quia potest generare nu. 3.*
4 *Filius legitimus an dicatur natus in domo mariti infirmi.*
5 *Intel. c. proposuisti. 32. q. 7.*

MAtrimonium impugnare post debitas denunciationes factas in Ecclesia iuxta formam Sacri Conc. Triden. sess. 24. cap. 1.
1 nulli permittitur, nisi † ei, qui tempore, quo factæ fuerunt, ægrotabat. Lancel. inst. canon. tit. Qui matri. impug. poss. & accusare. §. 1.
2 Et † ab infirmo matrimonium cõtrahi posse dicit Alex. in l. Gallus in penul. col. ff. de lib. & posthu. etiam si sit in articulo mortis. c. 2. vbi gl. extra de coniu. lepro. Ceph. cons. 276. nu. 33. in secundo, quia
3 † ea quoq; nocte, qua moritur, generare potest. vt dicit Guil. Bened. in c. Rayn. par. 1. in ver. in extremis nu. 13. extra de testamẽtis refert Surdus decis. 83. nu. 6. & Ant. à Gama Lusitanus decis. 325. circa fin.
4 in qua docet, † filium natum in domo mariti ægrotantis legitimũ censeri, sed Surdus contradicit dict. decis. num. 20. vide supra in ver.
5 filius in fi. & nota † quòd c. proposuisti 32. q. 7. in quo dicitur, quod si mulier infirma non potest reddere debitum, vir potest aliam ducere, modò primæ non subtrahat subsidij opem, procedit in eã infirmitate, quæ matrimonium dirimit, vt est frigiditas, vel maleficiũ,

non

non in quauis infirmitate ex Menoch. de arbit. casu 420. num. 95. Sciasq; debere matrimonium præcedere, quia si superueniunt post, matrimonium non dissoluitur. ex Toleto de instruct. Sacerd. lib. 7. cap. 12. vbi alia requirit.

Summarium.

1 *Medicinæ cur ieiunium non frangant. & communicaturus debet esse ieiunus etiam ab eis. nu. 2. an autem dari possint mulieri prægnanti, vt abortiatur nu. 3. remissiuè.*

MEdicinæ non frangunt ieiunium. D. Tho. cit. à Thabiena in
1 verbo ieiuniũ nu. 4. quę rationẽ affert, vt id fiat, quia † principaliter non ad nutriendum sumuntur, sed ad sanandum. Vnde si per modũ cibi in magna quantitate perciperentur, secus esset secun
2 dum eandem summam. Scias autem † quod cõmunicaturus debet esse ieiunus ab omnibus medicinalibus, vt dicit Graf. in decis. cas.
3 consci. par. 1. cap. 38. lib. 2. nu. 13. pag. 146. An † autem medicina dari possit mulieri prægnanti, vt abortiatur, ne à suis occidatur. docet Conradus in primo quæsito resp. cas. consci. ad quem me refero, & videtur distinguere, si fœtus esset animatus, vel non. adde Graf. vbi sup. cap. 63. car. 208. nu. 24. vbi ait, ad mulieris salutem non improbari medicinam datam ante fœtum adhuc non animatum.

Summarium.

1 *Medici quales esse debeant. & celebres sunt eligendi. nu. 2. & quæ eis sit habenda fides nu. 3. qui debent ægris subuenire etiam non petentibus nu. 4. neq; eos derenliquere nu. 5. sed ad confitendum peccata monere num. 6. pluresq; sunt vocandi medici nu. 7. vbi declaratur, recusantesq; in morbo graui socium peccant. nu. 8.*

MEdici curam exactam erga infirmos habere tenẽtur, vt liquet ex scriptis in 1. part. cap. 43. de officio medicorum. vbi de eis
1 plene fui locutus, nonnulla tamen hic addam, & primò † quod in arte debent esse completi, in modo discreti, in actu secreti, in verbo faceti,

faceti, vt dicit Berchorius in ſuo repert. in ver. Medici in fin. & ha-
2 bentes eligere, eligant † eum, cuius fama ſit celebris. ex Puteo de Syndi. verbo conſilium cap. 2. nu. 2. quia paria ſunt, medicum non adhibere, vel imperitum. Franc. Marci. q. 434. par. 1. in fi. & quando
3 † eis ſit adhibēda fides, quomodo, & quatenus amplè docet Maſcar. de probat. cōcl. mihi 1038. teneantq; gratis mederi. pulchre Nauar. in Manu. Conf. cap. 25. nu. 64. & in d. c. alia de Medicis. quos teneri
4 † Infirmis ſubuenire, etiam non petentibus dixit D. Tho. in 3. par.
5 ſummę quæſt. 64. art. 2. neq; † eos derelinquere poſſunt, etiam ſi recuſant peccata confiteri. ex Nauar. vbi ſup. nu. 62. & Conrado quæ-
6 ſito 201. vbi omnes ita tenere ſubdit. quos debent † monere ad confitendum c. cum infirmitas extra de pœnit. & remiſs. Intellige in morbis periculoſis, nimis enim durum eſſet, ſi pro quolibet acciden ti Medici tenerentur ſub pœna d. cap. vt dicit Roſella in ver. Medi-
7 cus nu. 3. & ita obſeruari vidi. Pluresq; ſunt † adhibendi Medici, cum ſunt in Ciuit. Maſcar. vbi ſupra, quod ego aliquando non expedire ſum expertus, quando inter ſe ſunt ęmuli. nihilonimus bonum eſt conduci plures à Ciuitatibus, & olim in Alexandrina Ciuitate ſexcentos fuiſſe dicit tex. in l. parabolani C. de Epiſc. & Cleri. Sciasq;
8 † Medicum, qui ne laudem populi amittat, non vult in morbo periculoſo, quem non bene cognoſcit, ſocium accipere, mortaliter peccare ſecundum Card. Tolet. de Inſtru. Sacerd. c. 7. de vanagloria.

Summarium.

1 Membrum ſanum præſcindi non poteſt niſi publica poteſtate, ſed corruptum. & pro ſalute animæ nec etiam. nu. 2.

3 Officia publica habere non poteſt membris carens.

MEmbra abſcindi impunè non poſſe probauimus in 1. part. c. 5. & in hac 2. in ver. Caſtrare. addere nunc placet D. Tho. ſententiam in 2. 2. quæſt. 65. relatā ab Alberico in ſuo Dictionario,
1 dicunt itaque, membrum ſanū † præcidere non poſſe eſſe licitum, niſi vt ordinatur ad vtilitatem publicam, ſcilicet ad punitionem criminis, & tunc publicæ poteſtati, non priuatæ. membrum verò corruptum poſſe abſcindi de eius voluntate, cuius eſt, aut eius, cui ſalu-
2 tis eius cura incumbit. pro † ſalute verò animæ abſciſſio prohibetur,

quia eius saluti aliter potest subueniri, cum peccatum subiacet voluntati: hæc Sanctus Doctor, quæ memoriæ sunt committenda,
3 vnà cum dicto Bal.in proe. Decreti nu.46. vbi dixit † Carentes mēbris non posse habere officia publica.

Summarium.

1 Mercator Infirmus gaudet priuilegijs mercatorum.

1 MErcator si deseruit mercaturam, non gaudet priuilegijs illius, nisi eam caussa infirmitatis deseruisset, tunc enim priuilegia non ammittit, nisi constaret de eius voluntate, & animo mercaturam relinquendi. Mascar.de prob.in conclu.1051.num.13.incip. Notum est.

Summarium.

1 Miles qualiter priuatur si languorem simulauit, vel se vulnerauit, mortemq; sibi consciuit. cui propter morbum missio conceditur. nu.3.
2 Tribunus inspicit milites valetudinarios.
4 Milites qua ratione sani conseruentur. remissiuè.

MIles, qui metu hostium languorem simulauit, capite punitur. l.omne delictū post princ.ff.de re mil.& infra ita dicitur.
1 Qui se † vulnerauit, mortemve sibi consciuit, si impatientia doloris, aut tædio vitæ, aut morbo, aut furore, non animaduertatur in eum, sed ignominia mittatur, alias capite puniatur. & in l.Officium
2 in fin.dicitur.ad Tribunum † militum pertinere valetudinarios milites inspicere, & cognoscat, (secundum glos.ibi.) vtrum sint licen-
3 tiandi, vel non. certum † enim est, & caussa morbi missionem militibus dari.l..militum.§.missionum.ff.eo. Intellige vt in l.semel.C.
4 eod.tit.lib.12. Qua † autem ratione milites in sanitate sint conseruandi, docet Ferrettus in tractatu suo de medela conseruandi exercitum.

Summa-

Summarium.

1 *Priuilegia miserabilium personarũ aliqui consequuntur, cum pauperes sunt, senes, & ægri, etiam si sint diuites.*
3 *Infirmi sunt fauorabiliores cæteris miserabilibus personis.*

MIserabiles personæ sunt multæ, de quibus Afflict. decis. 257. & nos scripsimus in prima par. huius operis cap. 13. per tot.
1 inter quas pupillus, vidua, & orphani ita † demum tali nomine gau-
dent, si pauperes sint, secus si diuites. vt congerit Mascar. de prob.
2 concl. 1065. incip. dubitari. num. 3. & nu. 6. ait, senes decrepitos, &
diuturno morbo fatigatos miserabiles dici, etiam si diuites sint, &
3 ad id plures Claros Doctores adducit, quos non refero. hinc † colli-
gi potest infirmos fauorabiliores censeri, quam cęteri miserabiles.

Summarium.

1 *Missa cur ita dicta, quam Sacerdos solùm dicere potest. nu. 2. & quibus diebus debeat. nu. 3. Infirmi autem excusantur. nu. 4. lim. vt nu. seq. an autem volentes admittantur. nu. 6. & quid agendum si non possent cœptã missam perficere. nu. 7. remissiuè.*
8 *Sacerdos vnicam Missam in die dicere potest, post auroram, & dicto officio, fallit fauore infirmorum, vt ibi, & num. seq. Qui punitur, si dicit Missam defunctorum loco Missæ pro recuperatione sanitatis. num. 11. & peccant, si non applicant Missam, cui debent. nu. 12.*
10 *Infirmus excusatus à dicenda Missa, non tenetur preces Deo offerre.*

MIssa lingua Hebraica, seu Caldaica spontaneam oblationem significat secundum expositionẽ Illustriss. Baronij in Annalibus Eccl. tom. 1. car. 191. Christus enim oblatus est, quia voluit.
1 Isaiæ 35. aut † ita dicta, secundum Plouium de sacrif. Missæ in prin.
ratione filij, qui à Deo mittitur, vel Angelorum, seu ratione nostri,
quia mittimus vota nostra ad Deum, vt mittat nobis benedictionẽ,
2 & gratiam. tantum † Sacramentum nemo potest conficere, nisi Sa-
cerdos, ritè ordinatus, c. 1. §. penul, extra de summa Trini. Qui dieb.

3 dominicis saltem,† & festis solemnibus deberet conficere,& si curá animarum habet,frequentius,licet non omni die,quia humana fragilitas non patitur,vt hæc colliges ex Concil.Tridē. 23.sess.cap.14. in fi.& Card. à Turre crem.in c.in sancta nu.3. & seq.92.dist. infir-
4 mi † autem à celebrando excusantur. c. significatum extra de præb. neque ad audiendum tenentur, si non possunt sine periculo exire ad audiendum, immo etiam famuli excusantur, si non audiunt, vt per Thabienam in verbo Missa nu.47. Sot.de iust. & iur. lib.2.q.4.
5 art.4. Intel. nisi essent † obligati per se,vel alium celebrare. ex Re-
6 buff. in l.morbus col.2. ff. de verb. sign. An † autem valetudinarij volentes ad hoc sacrificium admittantur docet Card.à Turre crem. in prin.7.caussæ Decreti q.2.in fi. & pro affirmatiua confert.c.illud.
7 d.7.q.1.vbi est glo. notabilis quærens † quid si illi non possent perficere,in qua quæst.vide etiam Albert.in Dictionario ver. Missa nó est celebranda.Pauinum de visi.q.7.nu.24.par.1. Plouiū de sacram. par.3.c.4.nu.4.& 5. Bertach.de Episcopo part.1.lib.4. nu.94. Sylu. in ver. Eucharistia nu.12. Nauar.in Manu.confess.cap.25. num.86. Illustriss.Toletum de instruct. Sacerd. lib.2. cap.9. Sciasque quod
8 † quamuis Sacerdos vnā tantū Missam in die dicere possit. Lancel. instit.canon.tit.de Eucharist.§.inualuit. Fallit vbi Parochianus infirmus vellet communicari,neque esset Eucharistia. Idem ibi in gl. in ver.Necessitas.& Nauar.in cita.cap.25.nu,87.Card.Tolet. de instruct. Sacerd. lib.2.c.3. in fin. eadem ratione potest celebrari Missa ante auroram.vt per Marcellum Françol.videndum in tract.de tēp.
9 horarum canon.cap.39. nu.12. Et † qui propter morbum ab officio diuino excusaretur, posset dicere Missam eo non dicto, licet regulariter contra.vt post Sotum dicit Graff.in decis.cas.consci. par.1. cap.40.nu.5.in fine.Card.Tolet.de Sacerd.instruct.lib.2.cap.14. in princ. Si autem non diceret, morbus eum excusaret per supradicta
10 † in tantum,vt nulla prece,etiam mētali, teneretur supplere ex sententia Nauar.in d.Manuali cap.21.nu.7.nec alios recitantes audire. Toletus in d.tract. in loco citato. Et quia consanguinei solent pro consanguineis suis ægrotantibus curare Missas dici ad recuperatio-
11 nem sanitatis, si Sacerdotes † dicerent Missas defunctorum, vt illi morerentur, grauissime essent puniendi.c.quicunque 26.q.5. Diaz in praxi canon. cap.28. Plou. in d.tract. de sacram. Missæ circa fin.
12 & peccare † Sacerdotes obligatos ad dicendum Missam pro aliquo,

non

non applicantes ei totam. deducit Nauar. in Manu.confeſſ.cap.25. nu.92.ſequitur Card.Tolet.de inſtruct.Sacerd.lib.2.cap.8.in fi. quẽ vide,quia dat aliquas declarationes,confert etiam Rom.conſ.339.

Summarium.

1 *Morbus iuſtam cauſſam præſtat intrandi religionem laxiorem.*

2 *Monacho aſperior regula propter morbum remittitur, & donec ſit ſanus de licentia Abbatis manet extra clauſtrum. regulariter tamen in infirmario.nu.3.& 4. & carnes comedit.nu.5.*

6 *Sanguinis miſſio 13. Februarij quid operetur.*

7 *Monaſterium ſecundum tenetur alere eum,qui ex iuſta cauſſa ad illud ſe cõtulit primo relicto.*

MOnachus quis valide fit,etiam in infirmitate, ſi eſt ſanus mẽte, alias non. vt per Specu. tit. de ſtatu. Monach. num.27.
1 Morbus † autem iuſtam cauſſam ei præbet eundi ad religionem laxiorem. vt cõgerit Menoch.de arbi.iud.q.cent.5.conſ.421.nu.25.
2 Abbasq; † eidem propter morbum poteſt aſperiorem regulam remittere, ſeparatamque cellulam concedere intra Monaſterij ſepta.
3 vt dicitur in c. Monachum 20.q.4. Immo † ſi morbus vrgeret, vel alia rationabilis cauſſa,poſſet Abbas permittere,vt in certo loco ſtaret extra Monaſterium, neque poſſet reuocare eum ſine cauſſa, hoc eſt (ni fallor) priuſquam ſanitatem recuperaret. ad ſcripta per Fely. alios adducentem in c.ex reſcripto nu.4. extra de iureiur. Regulari-
4 ter autem † Monachi non ſeorſum in cameris, dum ægrotant, ſed in infirmario manere debent. vt dicit text. in c.cum ad Monaſteriũ
5 extra de ſtatu.Monach.vbi ſubdit quòd † ex cauſſa infirmitatis poſſunt in refectorio etiam edi carnes; vide ibi Abbatem, qui poſt Ioã.
6 And.& Viu. ait,quod qui † ſibi fecit minuere ſanguinem 13. Febr.
7 ex febre anno illo non moritur. Sed † quæro cum quis propter morbum ad aliud Monaſterium ſe tranſtulit laxioris regulæ, an ab eo ſit alendus. Surdus de alim.tit.vlt.q.27.per tot. hoc diſputat,& concludit, ali debere à ſecundo,non à primo.

Summa-

Summarium.

1 *Moniales infirmæ poßunt exire clausuram. & ad aliud se Monasterium transferre nu.2. & licet Monasteria earum nemo possit ingredi nu.3.fall. fauore infirmitatis nu.4.ideo Medicis, & his similibus ingressus datur nu.5.præter necessitatem rara sit accessio etiam superiorum nu.6.*

1 MOniales sub perpetua in suis Monasterijs debent clausura manere, nisi † tanto, vel mali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, vt non posset cum alijs, absq; graui periculo, commorari. cap.1.extra de stat. regul. in 6.Concil.Trid.sess.25.c. 5.vide Lucam in l.1.nu.2.& seq. C.de commeatu lib.12.& Decian.
2 resp.20.vol.1.per tot.vbi probat, Monialem † professam in vno Monasterio in aliud propter morbum transferendam, etiam si primum haberet priuilegium speciale, ne fieret translatio, quia de indiscreta debet intelligi, non de hac ex iusta caussa. Scias etiam quod
3 licet nemo † possit ingredi Monasteria sacrarum Monialium cap.1. de statu reg.in 6.tamen propter morbum licet. vnde in Cōcil.Trid.
4 cap.5.sess.25. dicitur. † Episcopus, & Superior licentiam concedet ingrediendi in casibus necessarijs, aliàs nullo modo.inter casus autem necessarios morbum connumerari certū est.vt dixi in 1.par.c.8.
5 Ideo † Medicis ingressus permittitur vt docet glos.in d.c.1.in verbo caussa item barbitōsoribus pro sanguinis missione, & his similibus.
6 vt per Franc.Marc.decis.956.par.1.sed præter necessitatem † rara sit accessio etiam superiorum, vt dicit tex.in cap.decima.18. quęst.2.& tunc in præsentia duarum, vel trium sororum. vt ibidem dicitur.& volens alloqui propinquā, debet esse præsens Abbatissa, & per modica verba Franc. Marc. vbi sup.

Summarium.

1 *Mora an committatur contra debitorem quantitatis impeditum & infirmū nu.2.cui licèt detur excusatio, non tamen datur actio nu.4.*

3 *Casus excusat debitorem quantitatis.*

Mora

MOra committitur contra debitorem tempore debito non sol-
1 uentem, neq; cum difficultas excusat † in quantitate obliga-
tũ Bar. Ang. & Imol. in l. continuus. §. illud. ff. de ver. oblig. & Doct.
* in l. quod te. ff. si cert. pet. vbi Hero. Buttig. nu. 38. de communi testa.
licet plurimi contrarium senserint, ita vt de magis cõmuni pro hac
** parte testis sit Mich. Gran. commu. opin. lib. 1. cap. 12. q. 10. & hanc
2 sequitur And. Fachineus controu. iuris lib. 2. cap. 91. Tamen † quod
infirmi excusentur, non videtur dubitandum ad congesta per Be-
cium cons. 104. nu. 16. & ipse Buttig. id velle videtur, dum scripsit
3 † casum excusare debitorem quantitatis cap. significante extra de
pigno. Sed morbus casu contingit, vt dixi in 1. par. cap. 10. meritò.
4 Scias † tamen quod licet impeditus à mora excusetur, tamen actio
sibi non datur, ex quo pro parte sua non impleuit. Natt. consil. 50.
nu. 7. 451. nu. 38. Rol. cons. 69. num. 12. vol. 4. Menoch. cons. 1. nu.
368. Surd. 254. nu. 24. lib. 2.

Summarium.

1 *Mulieres cum Clericis infirmis possunt cohabitare.*

MVlieres nedum extraneæ, sed etiam coniunctæ, si sint aliqua
ratione suspectæ, cohabitare cum Clericis prohibentur. c. 1.
1 extra de cohab. Cleri. & mul. Fallit † fauore Infirmorum Clericorũ,
vt declarat ibi Imola, vide supra in verbo Iuuenes nu. 4.

Summarium.

1 *Munerum excusatio ægrotis competit. declara vt nu. 2. & 6.*
3 *Debilitas corporis à quibus excuset.*
4 *Intellectus l. 2. in fin. ff. de vacat. mun. & nu. 5.*

MVnera personalia obire ægrotantes non coguntur. l. Prætor
in princ. ff. de vacat. mune. C. qui morbo se excus. per totum.
1 Eisq; † excusatio competit. l. fin. ff. de iu. immu. Rebuf. in l. morbus
2 col. 3. ff. de verb. signif. quo pacto autem excusentur † docet Petrus
Antibolus videndus in suo copioso tract. de muneribus par. 3. prin.
nu. 10.

nu. 10.& 11. & Vlp. I. C. in l.2.circa fin.ff.de vacat.mune. corporis
3 † debilitatem (scripsit) eorum munerum excusationem præstare, quæ corpore implenda sunt, non autem eorum, quæ consilio prudentis viri, vel patrimonio sufficientis obiri possunt, nisi certis, & receptis probabilibus caussis. Infirmi ergo, ex mente Vulpiani nõ videntur excusandi ab ijs, quæ consilium, pecuniasque requirunt.
4 Nisi dicamus cum Paulo Oriano in l.2.nu.62. de off.eius. Vulp.de infirmis non sentisse, sed de illa corporis debilitate, quæ nõ totum corpus impedit, sed corporis partem; vnde non mirum si ita ei non
5 fauetur, vt ægritudini, & pro intelligentia † prædictorum I. C. verborum videndi sunt recentiores in d.l.2. ff. de off. eius. vt Rim.iun. Iaco.de Nigris nu.69. circa finem. Deciusque in c.si pro debilitate
6 extra de off.deleg. Scias etiam nedum valetudinarios à grauioribus excusari muneribus. vt in l.vltima.ff.de iu.immunit. Sed & eos, qui ægris præsto sunt. vt ibidem docet I. C. & munera, quæ per istos non possunt expleri, si explentur per alios, publicis expensis explentur, quia ei culpa non potest ascribi. Bart. in l.4.num.1. C. de Nauicul. lib.10.



LITTERA

LITTERA N.

Summarium.

1 *Negocium ocio contrarium. & sunt plura negocia, quæ sine peccato fieri non possunt. nu. 2. & quæ sint nu. 3. & subuenire ægris inter opera misericordiæ ponitur. nu. 4. daturq; negociorum gestorum actio curanti seruum alienum nu. 5. Decl. vt nu. 6. & vi. nu. 8. & 10.*

7 *Creditor consequitur expensas in re bona fide factas.*

9 *Dominus negligens seruos ægros negligens, eorum dominio priuatur.*

NEGOCIVM quasi negans ocium dictum fuisse, scripsit Hosti. in summa tit. ne Cleri. vel Mona. sęcul.
1 neg. nu. 3. vnde † ocio contrariatur, & per consequēs vti ocium reprehensione dignum, ita negocium laude dignum esse censetur. hinc D. Hierony. Aliquid operis semper facio, vt te Diabolus semper inueniat occupatum. c.
2 nunquam de consecr. dist. 5. Sed quia † quamplura negocia sunt, quæ sine peccato fieri, aut vix, aut nullatenus possunt, vt dicit tex.
3 in cap. negocium de pœnit. dist. 5. (& inter hæc † connumeratur cura rei familiaris, militia mercatura, aliaq; de quibus per Summam Rosellam in ver. negotiatio nu. 1.) vnusquisq; considerare diligen-
4 ter debet, quibus negocijs se applicet. & cum certum † sit inter opera misericordiæ reponi subsidium ægrotis præstitum, huiusmodi negocio quilibet libenter se applicabit. Vnde iure eidem concedetur negociorum gestorum actio. l. si seruum. C. de nego. gest. vbi ita
5 scriptum est. Si † seruum alienum non inutilem Domino ægrum curastis, negocium non inutiliter gessistis, & competenti actione
6 sumptus recuperare potestis; & ibi gloss. colligit † curantem alienū seruum, Domino inutilem, quamuis pro vtili habitum, actionem gestorum negociorum non consequi. & gloss. sequuntur Bar. Bal. &
* cœteri cōmuniter eo loci. sed obstare videtur tex. in l. Prætor. §. quid
7 ait. ff. de bonis auct. Iud. possi. quo cautum est, † creditori præstandas esse illas impensas, quas sine dolo malo erogauit, etiam si nihil erogatio ipsa profuit. & pro singulari posuit Rom. in suo singul. 413.

vnde I.C.in l.sed an vltro.§.1.ff.de nego.gest.simpliciter ei actionē concessit, qui seruum ægrum curauit, ergo non consideratur si erat vtilis, nec ne arg.l.de precio. ff.de publi.cum simil. & ita posset
8 † comprobari in via disputatiua opin. gloss. contraria, quam multi tenuerunt in d.l.si seruum. & satis æqua videtur. ex illa enim magis homines alliciuntur ad curam infirmorum sumendam, qui etiam,
9 quod serui sint, non sunt negligendi, & Dominus † negligens, eorum dominio priuatur.l.1.§.sed scimus.C.de lat.liber.tollen.sed pro vera præsupposita glo. sententia, intelligo locum habere iuxta terminos tit.de nego.gest. & sic curans seruum alienum inutilem Do-
10 mino, caret actione negociorum gestorum, sed † non prohibetur, ni fallor, officium Iudicis implorare.ad not.per Abb.in cap.1.in fin. extra de Cleri.ægro.& ita intelligo Bal. in d.l.si seruum.

Summarium.

1 Instrumēta ex prothocollo Notarij viuentis nemo potest reassumere. si autem ægrotat, potest id alij committere nu.2.sed non per alium scribere prothocollum, nu.3.sed copiam ex eo, cui debet sed subscribere.nu.4.

5 Notarij transmissio fit expensis præsentis, & absentis. sed non infirmorum nu 6.nisi pro parte vt ibi.& si sunt duo Notarij ad acta, vnus non se intromittit in officio alt.nisi ille ęgrotet.nu.7.qui potest subrogare nu.seq.

NOtarius, qui instrumentum confecit, illud debet ex protho-
1 collo reassumere, neq;, † ipso viuente, alij permittitur.Bal.in l.1.ff.de off.cons.Ang.& Castr.in l.quidem.§.nihil.ff. de eden.si au-
2 tem † ægrotat, alij cōmittere potest.Bart. in d.§.nihil concor.ponit Fely.in cap.inter dilectos extra de fin.instru.Affl.decis.6.nu.2.& infra ait, quod eo absente superior potest committere. Prothocollum
3 autem impeditus † per alium non scribit. vt congerit Ant. Gab.de præsumpt.reg.3.nu.36.sed ex eo copiam authenticam, cui ipse de-
4 bet † se subscribere, & in subscriptione fidem facere de impedimento, & sibi creditur.vt per Alex.cons.129. nu.4. lib.1.congerit Alba,
5 & addentes cons.261.vol.2. Et quamuis † Notarij transmissio fieri soleat expensis petentis, & absentis.gl.& Bart.in l.2.§.defendi. ff. ex
6 quibus caus. in poss. eatur. Fauore tamen Infirmorum † fit communibus,

munibus, vt dicit Capella Tholoſ. q.273. Item fuit. & comprobat Boer.deciſ.303.nu.5.Cabal.ad conſt.Ægi.cap.19. gloſ.vlt. Aſin. in praxi Ludi.§.32.ampl.32. & licet deciſ. Capellę non videatur ſequi Ludouicus deciſ.Peruſ.74.nu.11.& 12. poſt Afflict.deciſ.177.tamẽ non videntur loqui in infirmis, quibus cum nulla poſſit culpa imputari,ad nullas fortè expenſas teneri deberent. ex doctr.Bart.in l.4. C.de nauic.nu.1.lib.10.& in l.ad perſonas nu.2.ff.de iureiu. Ergo ſi
7 pro virili eas ſubire volunt,ſunt audiendi. Scias † prętcrea cum duo electi ſunt Notarij ad acta diſtribuenda, & alter cœpit, non poteſt aliùs ſe intromittere, niſi primus ægritudine, vel abſentia impediatur.Bal.in l.1.C.de Sport.& in auct. ſed Iudex.C.de Epiſc. & Cleric. quem ſequitur Aſin.in d.praxi.§.14. cap.8.nu.3. & cap.20. num.4.
8 deducit † impeditum poſſe alium ſubrogare,qui loco ſui ſeruiat,cõ-
9 ſenſu tamen,& voluntate Iudicis, ad † quem ſpectat Notar. ad ſcribenda acta deputare.Cyn.& Bal.in l.repetita.C.de Epiſc. & Cleric. Bal.in l.teſtamenta col.1.C.de teſtam.& in d.l.1.C.de Spor.Decian. reſp.2.nu.8.vol.3.

Summarium.


1 *Nuncius vile officium gerit fidem arbitrio Iudicis facit. vt nu.ſeqq.*

NVncius, licet vile officium gerat teſte Bald. in l.fin. q.8. C.de
1 edi. Diui Adri.toll. tamen fidem † arbitrio Iudicis facit, vt per Menoch.de arbit.iud.q.caſu 112.& plenè Maſcar.de probat. in
2 conclu.1120.incip. Nuncio.vbi nu.25. limitat, † vt non procedat, cum ipſe non refert, ſed alius pro eo, vnde ſubdit, Iudicem debere, cum Nuncius infirmatur, Notarium ad eum pro relatione trãſmittere. ad tradita per Bald.videndum in cap.cum dilecti extra de dolo, & contum. & per Francum in c.cum parati in fin. extra de appellat.
3 vbi etiam ait,quod † ſi Nuncius in itinere infirmatur,vt non poſſit citare,collegæ citationem committere poteſt.

LITTERA O.

Summarium.

1 *Obligatio de stando in loco non arctat, cum nocet valetudini.*



OBLIGATVS in loco aliquo commorari, non cogitur, cum mansio valdè nocet suo corpori, & valetudini. c. quorundam. 74. dist. vbi habetur, quem nō esse
1 detinendum † in loco, si ex loci qualitate vehemēter amcitur. faciunt scripta in prima par. præsentis tractatus cap. 41. & in secunda ver. Moniales nu. 2. & in ver. vxor. in princ.

Summarium.

1 *Officialis infirmus gaudet priuilegijs officij; & non adiuuans illum in captura punitur. nu. 2. limita, vt nu. 3. officialiq; infirmo debetur salarium. num. 4.*

OFficialis si ex morbo impeditur, quominus officium suum ex-
1 plere possit, vtitur † officij priuilegijs, ac si officium impleuisset. secundum Bart. in l. ex agentibus. per illum tex. C. de priuil. agē. in rebus. lib. 12. Rebuff. in l. morbus. col. 2. ff. de verb. signi. post. Rom. sing. 66. facit. c. scripsit. 7. q. 1. & cap. 1. cum ibi notatis extra de
2 Paroch. Item quamuis † pœnam non euadat is, qui in actu capturæ officialem non adiuuat. vt per Capyc. decis. 130, & decis. seq. infirmi
3 tamen, † & senes excusantur, alijq; de quibus per Fabium Montele.
4 in sua pract. crim. part. 4. q. 7. nu. 35. Scias etiam † officiali infirmo deberi salarium. vt post Flori. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufruct. scripsit Put. de Synd. in ver. Rex cōcessit nu. 3. vi. inferius ver. salariū.

Summarium.

1 *Officium Diuinum infirmi non coguntur dicere, etiam post morbum. & dici debet in Ecclesia nu. 2. intell. vt nu. 3.*

4 *Clericus an excusetur si propter studium omisit officium Diuinum.*

Officium

OFficium Diuinum Clerici dicere tenentur. vt plenè declarat. Card. Zabarella in Clement. graui col. 3. de celebrat. Missa.
1 Sed † fallit cum infirmi sunt, vt dixi supra. in hac 2. par. in ver. horæ. intantum, vt reassumere ommissum obligati nõ sint recuperata demum sanitate. vt per Io. Sadoletum in l. quod te nu. 91. ff. si cert. pet.
2 Item quamuis † officium dicẽdum sit in Ecclesia. glo. in c. fi. dist. 92.
3 Nihilominus peccare is nõ dicitur, qui ex rationabili † caussa, morbi putà, extra Ecclesiam dixerit. teste Zanettino in tract. de foro consci.
4 nu. 39. Sed an † Clericus excusetur, qui propter studium omisit dicere officium. Zabarella vbi sup. dicit excusari, licet, teste ipso, Theologi non admittant.

Summarium.

1 Opera misericordiæ plura sunt, & inter ea ponitur visitatio infirmorum, & subuentio. vnde saluti infirmorum necessaria, etiam diebus festis expleri possunt. nu. 2. et ad quid prosint opera bona facta in peccato mortali. nu. 7.
3 Operis noui nunciatio sperni non potest, cũ agitur de purgãdis cloacis, & cur.
4 Cloacarum materia tractatur à Ripa in tract. Pestis.
5 Medicus an dicatur locare operas infirmo.
6 Libros medicinales scribere promittens, cogi potest.

OPera misericordiæ corporalia, vti etiam spiritualia septẽ sunt. vt docet D. Thom. in 2. 2. q. 32. art. 2. & amplè Nauar. in suo
1 Manu. Confes. cap. 24. vbi inter illa † reponitur infirmorum visita-
2 tio, & cõsequenter subuentio, quid ergo mirum si sanguinis † missio, aliaque infirmorum saluti necessaria, etiam festis diebus permittuntur? vt per Lucam de Penna in l. vnica. C. ne operæ à collat. exig. lib. 10. vbi latè prosequitur, à quibus operibus die Dominica, alijsq; præcipuis festiuitatibus abstinendũ sit, & nos etiã de Ludo Scacch. in 10. q. princ. Nauarrusq; in d. Manu. cap. 13. ad tertium præceptũ Decal. num. 3. Sciasque omnia opera misericordiæ, tam corporalia, quam spiritualia necessitatis tempore esse in præcepto, sicut etiam omnia consilia, vt probat Reuerendiss. Benzonus in tract. de fuga.
3 q. 3. pag. 94. col. 2. littera, D. Scias etiam, quod operis † nunciatio sperni potest, vbi agitur de reficiendis, purgandisque cloacis, quia publicę

publicæ salutis interest illas purgari.l.de pupillo.§.si quis riuos.ff.de
4 ope.noui nuncia. & de cloacis latissimè Ripa † in tract.de peste. tit.
5 de remed.præseruat.contra pestem nu.48.& seqq. Sed an † dicantur
locari operæ per Medicum infirmo? Bart.in l.1.ff.si mensor falsum
modum dixerit. sensit in artibus liberalibus non consistere locatio-
nem, sed magis dici præberi operam beneficij caussa.vi.eum. & ad-
6 dentes ad eum ibi. & nota, quod cum scriptor promisit †. scribere
libros medicinales, in quibus vertitur publica vtilitas, potest præ-
cisè cogi ad factum. Ias.in l.stipulatio.§.1.circa finē. ff.de opēr. noui
7 nunciat. Scias etiam quod licet opera † bona facta in peccato mor-
tali non mereantur vitam æternam, tamen prosunt ad multa, &
præsertim ad sanitatem consequendam, vt dicit Card.Tolet. de in-
struct.Sacerd.lib.4.cap.8.in fin.

Summarium.

1 *Ordines conferre per alium potest Episcopus ægrotus, cui datur cautela circa hoc.nu.2. & qui ægroti ordines recipere prohibeantur. nu.3.*


ORdines sacros conferre per semetipsos Episcopi tenentur, nisi
1 ægritudine fuerint impediti, quo † casu eis permittitur ordi-
nandos ad alium Episcopum dimittere præuia approbatione, &
examinatione, vt habetur in Sacro Trident. Concil. sess.23.cap.3.
2 Verùm † aduertant in huiusmodi commissione protestari, quod
non intendunt ex illa aliquod ius Episcopo, cui fit commissio, ac-
quiri. vt post citatos docuit Moder.Sbrottius, in suo tract.de Vica-
3 rio Episcopi lib.2.q.12.nu.3. An autem † infecti, & ægroti possint
ordinari dic vt per Reuerendiss. Benz. tract.de fuga quæst.7.in fin.
car.126.vbi probat,leprosos, peste infectos, & morbo Gallico, seu
simili oppressos ordinari non posse. vi.Nauar. in Manu. cap.27.nu.
203.& cap.25. nu.108. in fin. quærit, an accipiens primam tonsu-
ram, ordinesq; minores,debeat habere intentionem vlterius ascen-
dendi, & negatiuè concludit.

Summa-

Summarium.

1 *Ornatus ad occultandam morbi turpitudinem permissus.*

ORnatus mulierum licet sæpe reputetur, illicitus, vt per Summi-
1 stas in ver. Ornatus tamen vbi fit † ad occultandam turpitudinem ex morbo prouenientem, non improbatur. ex D. Tho. 2.2. quæst. 169. art. vlt. in fi. aliud enim est fingere pulchritudinem non habitam, & aliud occultare turpitudinem ex accidenti aliquo prouenientem, vt ex morbo, hoc enim licitè fit. vt per Thabienam post D. Tho. citatum in ver. òrnatus. col. vltima.



LITTERA

LITTERA P.

Summarium.

1 *Ciues non debent manere in villa, nisi ægrotent, tempore Paschæ, Natalis Domini, & Quadragesimæ.*
2 *Curiales morbi caussa, & virtutis possunt Ciuitatem deserere.*

PASCHA Domini die Dominico vno tempore per totum orbem obseruari pręcipitur. in cap. nosce cũ
1 seq. de consecr. dist. 3. Neque Ciues † in tanta solemnitate, vt neq; in Natali, & tempore Quadragesimę, in villa manere debent. cap. nulli eadem dist. limita
2 cum ægrotant, vt ibi dicitur. & eadem ratione Curiales † impunè rus habitare poterunt. & ita intelligo. l. vni. C. si curi. reli. ciu. lib. 10. virtutis etiam caussa possunt Ciuitatẽ deserere Curiales ex Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 12. nu. 10.

Summarium.

1 *Patronus quando habeat ius in bonis liberti.*
2 *Actio personalis non sequitur fundi possessorem.*

1 PAtronus non dicitur habere ius in bonis liberti, nisi pro alimentis in casu necessitatis, morbi puta. vt in l. fi. ff. de lib. agno. Quæ bona si ad alium transeunt, onus non intelligitur transire. se-
2 cundum Bar. ibi. quia actio † personalis non sequitur fundi possessorem. l. 1. § si hæres. ff. ad Trebel. cum similibus. Verùm posset dici, quòd cum scimus in materia fauorabili, bona trãsire cum hoc onere ad quemcunq; vadant. ex congestis per Guid. Papæ q. 576.

Summarium.

1 *Periurium excusat difficultas, & eius pœna non habet locum dolo cessante. num. 2.*

Periurium

* PEriurium est mendacium iuramento firmatum. Clar.in §.periurium in princ. vbi in vers. item excusatur ex communi pro-
1 bat † propter difficultatem quē ab eo excusari, & sic etiam propter
2 morbum.pœna enim adiecta periurio non habet † locum dolo cessante.Burzanus in 2.eius communi opin.nu.2.morbus autem à dolo excusat vt sup.in verbo dolus.vide Alex.cons.92.col.fin.lib.1.Ias. in l. qui iurasse in princ.ff. de iureiu. Sadoletum in l.quod te num. 88. ff. si cert. pet. Arnonum in Comment. suo 63. & omnino Becium cons. 104.

Summarium.

1 Phrenetici sunt infirmi, eorumq; priuilegijs gaudent, num.2.in quibus non procedit regula, semel furiosus semper furiosus præsumitur nu.3.& quæ sacramenta eis ministrari possint.remißiuè nu.4.

PHrenesis est morbus acutus in febre superueniens, cum ægrotantes desipiunt, & aliena loquuntur. secnudū Menoch.cons.
1 82.num.198.vol.1.eoq; † affecti sunt infirmi corpore, & animo. vt per Gabr.cons.50.nu.3. licet spectetur vitiū corporis,quod est potētius vt ipse subdit.vide Cæpol. in l. ob quæ vitia col.fi.ff.de ædil.edi.
2 Phrenetici † igitur consequuntur infirmorum priuilegia, & excusantur. addentes Bertaz. cons. crim. 228. vers. secundo excusarem.
3 In eis † autem non procedit regula illa, semel furiosus, semper præsumitur furiosus.de qua gloss.& Doct. in cap. cum dilectus extra de success.ab intest. quia furor istorum est momentaneus. vide Mascar.
4 de Probat.concl. 825.nu.7. & 8. & quæ † sacramenta possint phreneticis ministrari docet Nauar.in Manu.Conf.c.26.nu.27.& Graff. in decis.cas.consci.par.1.lib.1.c.26.nu.29.& seq.

Summarium.

1 Morbus excusat à pœna tam legali, quam conuentionali. nu.2.
3 Pœna l.si quis maior C.de transact. an procedat contra ægrotos.
4 Infirmitas excusat à pœna banni. & à pœna caducitatis nu.5.
6 Impedimentum iustum an excuset à pœna excusationis.

Gg Pœna

1 POena quamuis stricto iure contra ægrotos committatur.l.si cũ dies.§.si quis.ff.de recept.arbit. iuncta gloss. Tamen ab ea † illi excusantur.l.fi.§.penult.ff.ad l.Rhod. Alex. in l.quæsitũ.ff.de re iud.
2 Amplia † siue pœna sit legalis,seu conuentionalis. ex sententia Bec. consi.104.nu.16. & quatenus in conuentionali esset aliqua dubitatio per tradita à Bal.in l.eos,in fin.C.si aduer.vendit.posset peti restitutio in integrum ex clausula generali, vt per Ioan. Sadoletum in l.
3 quod nu.96.& 98.ff.si cert.pet.Rectè itaq; concludit † Thobias cõs. 70.in fin.propter morbum quem excusari à pœna l.si quis maior.C. de transact. extenditq; non solum ad infirmitatem propriam, sed etiam suorum. per gloss.in cap.communis 23.dist.& Bertaz.post ci-
4 tatos cons.crim.340.in fin.vol.2. comprobauit ignorantiam † caussatam ab infirmitate à pœna banni excusare, & hoc casu ignorantiam iuramento probari.ex Osasco decis.71. num.23. & infirmum
5 excusari à caducitatis pœna post multos citatos probat Caroc. de Locato edit.3.q.5.nu.56.& 60.pag.61.dixi sup.in ver.Emphyteota.
6 Sed † an iustum impedimentum excuset à pœna excommunicationis.vi.gloss.in ver.occurrere cap. quisquis 4.quæst.5.quam singularem vocat Francus in cap. præterea el 3.col.fi.extra de appellat.vers. octauo quæritur.

Summarium.

1 *Pœnitentia olim quanta esset, & quanta hodie.*
2 *Infirmis quæ pœnitentia sit imponenda, & nu.4.*
3 *Infirmitas est iusta caussa minuendi pœnitentiam.*
5 *Pœnitentia potest imponi alicui, vt ægrotis ministret.*

POenitentia est mala præterita plangere, & plangendo iterum non committere.vt probat Rosella in ver.Pœnitentia in prin.
1 & cœteri Summistæ passim:& olim † pro quolibet mortali peccato pœnitentia septennis iniungebatur vt not. in cap.hoc ipsum 33.q. 2. hodie verò ab arbitrio discreti Confessoris Pęnitentia pendet cap. tempora 26.q.7.Rosella vbi sup.num.12.Nauar. in Manu.Confess.
2 cap.26.nu.33. Is igitur † grauem pœnitentiam infirmis non imponet per tex.in c.1.26.q.7.& in cap. si quis de corpore 36.quæst.6.
3 Morbus † enim connumeratur inter iustas caussas minuendi pęnitentiam.

tentiam. Nauar. vbi ſup. cap. 26. nu. 21. Sebaſt. Medi. de fortu. caſ. par. 2. quæſt. 6. nu. 22. vi. Plouium de Sacramentis cap. 13. in 4. par. & ipſum Nauar. in cap. ſi quis autem num. 30. & ſeq. de pœnit. diſt. 7. vbi
4 ait, d. cap. 1. 26. quæſt. 7. debere † intelligi de impoſitione pœnitentiæ mox ab ægroto implendæ, non quod ægroto nō poſſit iniungi.
5 Scias etiam poſſe alicui pęnitentiam imponi, vt ægrotis † miniſtret. vt poſt D. Tho. probat Reuerendiſs. Epiſcop. Benz. in tract. de fuga lib. 1. q. 3. pag. 95. Item ſcias vnū pro alio infirmo poſſe ſatisfacere pro iniuncta pęnitentia. ad dicta per Corra. in reſp. caſ. conſci. quæſt. 9. vi. Syluest. ver. ſatisfactio.

Summarium.

1 Poteſtas ſi propter morbum non venit die ſtatuto ad officium an excuſetur, & quibus comparetur nu. 2. remiſſiuè.

1 POteſtas † ſi ſtatuto die morbo impeditus ad officium nō venit an excuſetur, ita vt poſſit officiū proſequi, & ſalarium petere.
2 dixi ſupra, in ver. Iudicare. Quibus † autem noſtri temporis Poteſtates comparentur, docet Io. Bapt. Seuer. in l. diem functo. ff. de off. aſſeſſo. vbi, & alij Doct.

Summarium.

1 Procurator debet mitti ab infirmis ad interrumpendam præſcriptionem.

2 Reſtitutio in integrum competit ægris contra præſcriptionem, tempusq; petendi eam currit poſt impedimentum nu. 3.

PRæſcriptio, quamuis currere videatur, contra ægrotos ex doctr.
1 Bar. in l. Senatus Conſulto nu. 3. & 3. ff. de off. conſ. ideo † ad illam interrumpendam debere mitti procuratorē ab eis ſcribit Rim.
2 iun. conſ. 801. nu. 67. lib. 7. tamen competit † Reſtitutio in integrū. Bar. ibidem. vi. Balbū. de pręſcri. par. 6. in prin. & in ſpecie Io. Maurit. de Reſtitut. in integ. cap. 339. Bertaz. conſ. crim. 340. num. 12. lib. 2.
3 Tempus † autem eam petendi currit, poſtquam ceſſauit impedimētum. ex Balbo vbi ſup. nu. 27.

Summarium.

1 *Principi non obediens, quia Infirmus, aliauè iusta de caussa impeditus, non punitur.*

PRincipum mandatis parendum esse leges, & iura mandant, variasq; pœnas imponunt non parentibus, vt per Menoch. de
1 arbi. iud. quæst. lib. 2. cent. 4. casu 361. per tot. Eas † autem infirmi non incurrunt, alijq;, qui iusto impedimento detenti parere non possunt, cap. quod super his, cum not. ibi per Abb. extra de voto. vi. Dec. resp. 14. nu. 29. & 30. lib. 3. extendentem hoc ad reconualescentem, qui propter reliquias morbi præcedentis impeditur.

Summarium.

1 *Priores conuentuales residere tenentur, nisi rationabili caussa excusentur.*
2 *Caussæ rationabiles non residendi quæ.*

1 PRiores conuentuales residere tenentur, quacunq; conuentione non obstante, nisi studiorum, vel alia rationabili caussa excusentur, vt dicitur in Clem. 1. circa finem de Stat. Monach. vbi glossa
2 in verbo rationabili, inter † caussas rationabiles numerat infirmitatem, aëris intemperiem, capitales inimicitias, & similia.

Summarium.

1 *Infirmus potitur priuilegijs gesti magistratus, licet non perfecerit.*
2 *Primogenituræ priuilegium propter morbum non ammittitur.*
3 *Priuilegiatus, non debet parere superiori contra tenorem suorum priuilegiorũ.*
4 *Priuilegia infringentes priuantur suis, eaq; intentans, possessorium intentat num. 7.*
5 *Infirmi sæpe præferuntur alijs priuilegiatis, sed priuilegijs non vtuntur contra alios infirmos nu. 6.*

Priuile-

1 PRiuilegium administrati magistratus consequitur æger, qui propter morbum perficere non potuit. vt docet Romanus in repet.l.si verò.§.de viro nu.76.vers. tertio probatur.ff.solu. matri.vi. supra in ver.officialis.& Io.Lecirier de Primog.lib.3.q.4.nu.5.osten-
2 dit, Primogenituræ † priuilegium propter morbum non ammitti.
3 Ideo curent ægroti priuilegia sua tueri, & contra † tenorem ipsorũ superiori non est parendũ. Abb.& add.in c.5.extra de excess.prælat.
4 Infrigentesq; priuilegia † priuantur suis. cap.4. extra de priuil. vnde ægri sunt manutenendi in eis.& si concurrunt cum alijs priuilegia-
5 tis † sæpe præferendi, quia maiori fauore digni, ad notoria per Affli.
6 & Vrtil.decis.56.Pereg.de iure fisci lib.6.tit.6.nu.39.non † vtuntur autem infirmi illis contra alios ægros. Fabius Monteleonius de pri-
7 uil.senec. cap.7. nu. 47. Sciasq; † innitentem priuilegijs intentare possessorium, non petitorium. Rol. cons.6.in fin.lib.3.Contar.in l. vni.C.si de moment.poss.q.13.nu.76.

Summarium.

1 Probatio semiplena sufficit super morbo testium, vt eos iudex recipere possit ad futuram rei memoriam.

PRobatio semiplena qualiter fiat, & sufficiat docent scribentes
1 in l.admonendi.ff. de iureiur. Cum † agitur de testibus infirmis ad perpetuam rei memoriam examinandis satis est,quod Iudex per semiplenas probationes cognoscat, vtrum morbus sit talis, ex quo mors sequi possit. vt post adductos dicit Asin. in praxi sua ciuili.§.3. cap.31. num.28. & circa morbi probationem plene scripsi in 1.par.cap.37.

Summarium.

1 Procurator quando possit reuocari. & factus dominus litis ipse citatur, nisi ægrotet.nu.2.& si abest,vel sit æger dominus caussæ potest assistere, nec inducitur reuocatio.nu.3.& datis duobus procuratoribus,an vnus possit sine alio exequi.nu.4.& in criminalibus procurator nõ admittitur. nu.5. nisi pro infirmis.nu.6. & vt intentet interdictum de liberis exhibẽdis,

debet

debet habere mandatum speciale.nu.7. & eo in expensis damnato an dominus ad illas conueniatur.nu.8. vtrumque recuperet ipse expensas infirmitatis.nu.9.

10 *Instantia si perit ob morbum procuratoris, an noceat domino.*

1 PRocurator ad litem ante eam contestatam liberè reuocari potest, sed nō post, nisi caussa infirmitatis.l.ante litem cum seqq.
2 vbi Castr.ff.de procu. Et post † litem contestatam ille, nō dominus citandus est, nisi ægrotet. Mising. obseruat.39.cent.4.citat Alex. &
3 alios in l.procuratoribus. C.eod. & † cum abest procurator, licet sit dominus litis factus, potest Dominus caussæ assistere, neque ex hoc inducitur reuocatio. Bero.cons.24.vol.3. idem si ægrotat. c.si quem
4 de procur.lib.6. Sique † duo procuratores simul, non adiecto insolidum, deputentur, vnus sine altero non admittitur, quod si insolidum, melior est conditio occupantis, qui si infirmetur, alter admitti-
5 tur.c.si duo de procu.lib.6. Et † licet in criminalibus caussis procurator non admittatur.l.penul.§.ad crimen, vbi omnes.ff.de pub.iud.
6 cum vulg. Infirmis † tamen conceditur per procuratorem cōparere. vt ꝓbat And.Gail.de pace publica cap.10.nu.10. citat Fely. & alios in c.meminimus extra de procu. & communem esse dicit Soarez in
* suo Thesauro in verbo Ægrotus num.115. Vtrum autem ægri teneantur procuratorem mittere.vi. plene scripta in pri.part. cap.31.
7 Sciasque † procuratorem debere habere speciale mandatum, vt pro patre possit intentare interdictum de liberis exhibēdis, nisi pater sit
8 æger.l.Pomponius in princ. ff. de procur. An † autem si procurator propter morbum non comparuit, & fuit in expensis condemnatus, dominus ad has expensas conueniri possit. Rip.in 4.nu.15. ff. de re
9 iud. negatiuè concludit. vide Oldr. cons.207. & nota † Procuratorē à domino recuperare non posse expensas factas in infirmitate, dum pro facto Domini iter faceret. Abb.in c. cum pro caussa num.4. de
10 procu.citat.l.inter caussas.§.non omnia.ff.mand. Quid † si propter infirmitatem Procuratoris instantia perijt, an præiudicium fiat domino.vide Paris.cons.67. Si teneamus.nu.7.vol.1.vbi tenet, cū præiudicari, quin saltem ei succurratur per restitutionem in integrum. ad scripta per Marianum in tract. de instantia art.22. princ. & seqq.
11 Sciasque † citatum ad comparendum personaliter debere mittere procuratorem cum mandato ad caussam, neque excusari in Rota si

mittit

mittit ad allegandum caussas impedimenti. Rot.decis.10. de dolo, & contu. in anti.

Summarium.

1 *Prorogatio iudicij non fit propter morbum ipso iure.*

1 PRorogatio iudicij ipso iure non inducitur propter infirmitatē, vel aliud impedimentum contingens in persona Iudicis, vel alterius partis, sed opus est, quod Iudex ipse proroget, vt dicit Ias. per illum tex.in l.2.§.si quis in iudicio.nu.4. ff. si quis cautio.vide supra in verbo Iudicium.

Summarium.

1 *Infirmi non tenentur protestari, vt alij impediti.*
2 *Maritus quando videatur remittere alimenta vxori præstita.*

PRotestari impediti, si excusationem consequi volunt, tenentur regulariter, vt notatur in c.fin.extra de appella.l.fi.ff.de his, qui
1 per metum Iud. non appell. Infirmi † autem nequaquam. Rip. de priuil.iudi.caussa pestis nu.25. ex magis communi Oddus de restir.
2 in integ.q.28.art.2. dixi in prima part.cap.32. Scias † etiam quod maritus alimenta præstans vxori, & nō protestans, videtur affectione coniugali remittere, cum illa ægrotat, alias non. Imo.in l.in Insulam 43.§.vsuras.ff.solu.matri.Grat.cons.57.nu.6.lib.1.

Summarium.

1 *Infirmi poterant pugnare per campionem, sed non cogebantur.*

1 PVgnare per campionē, idest per alium loco sui, infirmis, iustoq; impedimento detentis permittebatur, vt post Ferrett. cōs.10. nu.4.dicit Seb.Med.de fort.casib. part.2.q.6.nu.23. non tamen cogebātur, vt sensit Darius Attendulus de singulari certamine lib.2. cap.5.& faciunt scripta in prima par.cap.34.

LITTERA

LITTERA Q.

Summarium.

1 *Quadragesima ex necessitate ieiunanda, sed non Aduentus Domini.*
2 *Dispensatus à ieiunio quo pacto censeatur dispensatus.*
3 *Carnis esus ægris passim conceditur. & Episcopi licentia est necessaria. nu. 4. eoq; absente concedit Parochus. nu. 5.*

1 QVADRAGESIMA tota, exceptis diebus Dominicis, ex præcepto est ieiunanda. c. placuit de consecr. dist. 3. Aduentus autem Domini non. teste Panor. in c. consilium extra de obser. ieiu. Verum ægri excusantur, vide supra in verbo Ieiunium. Scias autem,
2 quòd † dispensatus, vt pluries comedat, non videtur dispensatus, vt carnes edat, nec necessitas, quæ excusat ab integro ieiunio, videtur excusare ab omni eius parte: ieiunare enim prout potest, tenetur. vi.
3 Nauar. in Manu. conf. c. 21. nu. 22. Infirmis † autem veris, & non simulatis passim esus carnis conceditur. cap. consilium in fin. extra de obser. ieiu. vbi Papa rescribens Archiepiscopo in fi. d. c. ait, supporta-
4 re potes, & debes. vnde colligo † licentiam esse à Prælato petendam, cumq; iusta de caussa petitam non posse illam denegare. vide supra in verbo Carnes. & Graf. in decis. cas. cõsci. lib. 2. par. 2. cap. 16. nu. 20.
5 necnon Iacobum Zochium in tract. de ieiu. in fin. Absente † autẽ Episcopo Parochus concedet licentiam, & Prælatus suis religiosis. ex Nauar. in d. c. 21. nu. 21.

Summarium.

1 *Quarta Parochialis debetur cum æger ad religionem transit. & si facit se de vna Parochia in aliam transferri, primæ debetur. nu. 2.*

1 QVarta parochialis, quæ tertia vocatur in cap. 1. extra de sepult. vbi glo. reddit rationem, quia variatur secundum loca. debetur, cum quis in ęgritudine, ex qua decessit, ad religionẽ transiuit,

2 transiuit, secus si sanus. C. de his extra de sepul. Cumque † infirmus facit se de vna in aliam parochiam transferri, non ideo prima parochia priuatur canonica portione. vt dicit Summa Armilla in verbo Canonica portio nu. 26.

Summarium.

1 *Quotidianæ distributiones seruientibus debentur, & ægris. etiam si eorum culpa in morbum inciderunt. nu. 2. Amplia dato quod possent ad Ecclesiam ire, si non possent deseruire. nu. 3.*

QVotidianæ distributiones solùm præsentibus debentur, qui Diuinis intersunt, alij recipientes non faciunt suas. c. 1. vbi
1 plenè Gemi. de cler. non resi. in 6. Fallit † in ægrotis. vt in d. cap. 1. dicitur, & docet Duenas, reg. 206. limit. vlt. Declara, vt per Corset. in sing. suo incip. Infirmus, & Didacum variarum resol. lib. 3. c. 13. nu. 8. & dixi in fine c. vlt. primæ par. & in tantum debentur ægris,
2 vt † non possint eis denegari, licet propria culpa in morbum inciderint. Didac. vbi sup. Natta cons. 41. nu. 9. lib. 1. Oddus de restit. in integr. quæst. 7. art. 11. in fin. vnde fallitur Fuscus, qui contrarium
3 scripsit de visit. lib. 1. c. 20. Item † non denegantur, dato quòd possent ad Ecclesiam ire, quia sufficit, si absque vitæ periculo, seruire nõ possent. Imola in c. 1. nu. 2. in fi. extra de cler. ægrot.



LITTERA R.

Summarium.

1 *Receptatores hæreticorum quando ſint excommunicati.*

1 RECEPTANTES hæreticos, eisq; fauentes excõmunicantur, ſi id agunt, quia hæretici ſunt: ſecundum Toletum de inſtruct. Sacerd. lib. 4. cap. 4. in fin. poſt Caiet. citatum. & ſubdit Tolet. quod ſi quis reciperet, & domi retineret, quia infirmi erant, non excommunicatur in Cœna Domini, niſi alia feratur ab Inquiſitoribus excommunicatio generalior.

Summarium.

1 *Receptio teſtium quo pacto ſit facienda.*

2 *Iuramentum poteſt deferri teſtibus parte per contumaciam abſente, ſecus ſi propter morbum. nu 3.*

4 *Citatio partis in receptione teſtium ad perpetuam rei memoriam non eſt neceſſaria. fallit in criminalibus. nu. 6.*

5 *Inſtrumenti exemplatio quando probet, ſi ſit abſque partis citatione.*

1 RECEPTIO † teſtium vtraque parte pręſente fieri debet. l. Iudices. C. de fi. inſtrumen. non vt audiãt, cum teſtes deponunt, quia teſtes in ſecreto recipiendi ſunt. c. venerabili extra de teſt. l. nullum. C. eod. tit. ſed vt videant eos iurare, ſecutaq; publicatione legant eo-
2 rum dicta gloſ. in c. 2. in ver. audire. extra de teſti. Quod ſi † pars interuenire neglexerit, teſtimonia ita valent, ac ſi parte præſente facta
3 fuiſſent, dummodo † morbi, alioue iuſto, & rationabili impedimento venire impedita nõ fuerit, quia tunc nulla eſt receptio, illa abſen-
4 te facta. ex glo. & Panor. in citato c. 2. de teſti. Item † recipiuntur ad perpetuam rei memoriam infirmi etiam parte non citata, ſi de eorũ morte timetur, vt dicam inferius, in ver. teſtes. nu. 9. & ob idem pe-
5 riculum † exemplatio inſtrumenti ſine partis citatione facta tenet,

vt per

6 vt per Mascar.de probat.concl.927. nu.20.par.2. In † criminalibus tamen absente parte non possunt huiusmodi testes recipi ad perpetuam rei memoriam. vti ex communi probat Clarus in pract. crim. §.vlt.quæst.44.circa princ.

Summarium.

1 *Reconualescentia quid sit, & an consequatur priuilegia infirmitatis. nu.2.*

3 *Aristotelis sententia damnatur à Medicis, quod non detur medium inter sanitatem, & infirmitatem.*

4 *Medicis standum in pertinentibus ad medicinam.*

1 RReconualescentia † medium quoddam inter infirmitatem, & sanitatem esse videtur, & secundum Berchorium in Repert. suo morali ver.Languor, dicitur Languor, vbi plene de languore,
2 Tamen consequitur † infirmitatis priuilegia.vt dixi in pri.par.c.50.
3 nu.5.& seq. Et quamuis † Aristoteles allegatus à Mãdos. ad reg.19. Cancel.q.5.nu.10.negauerit dari medium inter sanitatem, & infirmitatem,nihilominus Medicorum schola aliter statuit,eodem Mã-
4 dos. teste, quorum † sententiã in eorum arte Aristoteli præferri certum est. ad congesta per eundem Mandos. eo loci q.2. nu.4. & notatur in l.septimo mense.ff.de statu.homi.cum vulg.

Summarium.

1 *Rectores, quæ teneantur exhibere officialibus suis infirmis.*

2 *Successores in beneficio tenentur soluere æs alienum contractum à Præcessore infirmo.*

3 *Vicarius alitur de reditibus, etiam si non sufficiant pro Rectore infirmo.*

1 RRectores tenentur officialibus suis ægrotis exhibere pullos, similesq; cibos necessarios,& congruentes infirmis, non autẽ medicinas magni sumptus.vt per Bart.in l.legatis. ff.de alimen.leg.
2 Rectoresque † Ecclesiæ, qui in infirmitate æs alienum contrahunt, obligant successores ad eius solutionem teste Abbate per illum tex.
3 in c.1. extra de solut. & † si non possunt vacare curæ, & deputetur

Vicarius, is ali debet de reditibus etiam si non sufficiant pro Rectoribus ægris. Surd. de alim. tit. 7. q. 32. nu. 4.

Summarium.

1 *Religionis ingressus non requirit multam deliberationẽ nisi in ægro, quem retrahere à proposito ingrediendi non videtur peccatum. nu. 2.*

Religionis ingressus absque multa deliberatione fieri debet, exemplo Sanctorum Petri, & Andreæ, qui continuò relictis retibus Christum secuti sunt. Matth. 4. & est doctrina D. Tho. 2. 2.
1 q. 189. art. vlt. vbi subdit, tunc requiri † deliberationem, cum adest aliquod impedimentũ, morbi putà. sequitur Nauar. in Manu. conf.
2 cap. 12. nu. 49. talemque † male affectum retrahere à proposito ingrediendi non puto peccatum. ad scripta per eundem Nauar. in d. cap. 12. nu. 45. & si vellet ingredi religionem, in qua regula perperã obseruatur, nedum non peccaret, quis, sed mereretur retrahendo, & ecõtrà suadẽdo ingressum, peccato esset obnoxius. Naua. ibi. nu. 46.

Summarium.

1 *Religiosi infirmi non obstante regula equo iter facere possunt.*
2 *Religiosi non dicuntur, qui vltimo vitæ spiritu habitum assumunt.*
3 *Vita durior religiosis post professionem an indici possit, & præsertim infirmis. nu. 4.*

Religiosi multi ex regula iter equo facere non possunt, vt Fra-
1 tres Capucini hodie, si † tamen ægrotant, secus dicendum
2 ex Baldo in rub. extra de maio. & obedi. nu. 9. & religiosos † nõ dici, qui vltimo vitę spiritu habitum assumunt probat Ceph. cons. 276.
3 nu. 31. An autem † religiosis durior, & seuerior vita post professionem indici possit à Summo Pontifice, & posse, præsertim cum aliàs fuit in regula, tenet Abb. & alij communiter in c. ad nostram extra
* de appel. vbi Dec. de communi. limita † cum propter corporis debilitatem, & infirmitatem reformationem tolerare non possent. vt idẽ Dec. docet ibid. nu. 20.

Summa-

Summarium.

1 *Rei infirmi non poßunt cogi à Iudice ad reſpondendum.*

REi cum à Iudice interrogantur tenentur reſpondere, & quidē præcisè, aliàs torquentur, vt ample per Farinac. quæſt. cri. 37. nu. 176. & ſeq. vbi multipliciter declarat, & nu. 188. inter alia dicit,
1 quod † cum Rei febre vexantur poſſunt negare reſponſionem, & dicere ſe non eſſe mentis compotes, vt etiam teſtes, dicam infra in verbo teſtes.

Summarium.

1 *Remißoria non conceditur in criminalibus pro teſtibus examinandis, niſi ſint infirmi.*

REmiſſoria pro teſtibus in criminalibus examinandis non cō-
1 ceditur. Gabr. Rom. de malef. concl. 25. Sed pro † examinandis infirmis ſic, vt probat poſt citatos Bertaz. conſ. crim. 136. nu. 3. vide Clar. in pract. §. fi. q. 26. Foller. in ſua in verbo, & demum repetantur nu. 3. Farinac. q. cri. 77. nu. 101.

Summarium.

1 *Caſus Papæ, & Epiſcopis reſeruati, qui ſint. remiſſiuè.*
2 *Reſeruatio nulla eſt in articulo mortis. an autem tūc à Sacerdote abſolutus, ſi conualeſcit, ſit iterum abſoluendus à Superiore. nu. 3. & 4.*
3 *Infirmi, pauperes, & ſenes pro abſolutione non ſunt ad Papam mittendi.*

REſeruare ſuo peculiari iudicio abſolutionem multorum criminum Summi Pōtifices, & Epiſcopi in ſua diœceſi ſoliti ſunt.
1 vt habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. & † caſus Papæ, Epiſcopisq; reſeruatos colligit Plouius in tract. de Sacramentis cap. 5. & 6. par. 4.
2 Nauar. in Manu. confeſ. cap. 27. nu. 256. nulla † tamen eſt reſeruatio in articulo mortis, ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſuis

quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt. vt dicitur in loco citato Concilij.vi.Nauar.in c.1.nu.73.de pœnit.diſt.6. Graff.in deciſ.caſ.conſci.par.1.lib.1.cap.26.nu.38.&Thomam Zerolam in ſua
3 praxi Sacramenti pœnit.cap.25.q.7. Præterea valetudinarij, † pauperes,& ſenes non ſunt pro abſolutione ad Papam mittendi, vt dicit Apoſtilla ad Hoſti. in ſumma tit.de ſententia excommu. nu.11. verſ. in prędictis.vbi ſubdit,arbitrio Iudicis relinqui pro quanta in-
4 firmitate, paupertate,vel ſenectute id concedatur. An † autem abſolutus per Sacerdotem in articulo mortis, ſi conualeſcit, iterum ſit abſoluendus à Papa, ſeu Epiſcopo.vide Plouium vbi ſupra cap.17.
5 nu.3.par.4.& Nauar.in d.Manu.cap.26.nu.27. probat, hunc † non teneri ſe præſentare ſuperiori pro peccato reſeruato nõ habente annexam excõmunicationem, pro habente ſic. ita vt ſi ſublato morbo,quam citò commodè poteſt, nõ ſe præſentet,recidet in eandem excommunicationem.c.eos de ſent.excom.Card.Tolet. in inſtruct. Sacerdotum lib.1. cap.15. vbi ample docet quis dicatur in articulo mortis conſtitutus in hoc propoſito.

Summarium.

1 *Cauſſæ, quæ à reſidentia excuſant, inter quas eſt morbus. nu. 2.*
3 *Infirmus non reſidens fructus percipit. Declara vt nu. ſeq. & ampl. vt nu. 9.*
5 *Licentia non reſidendi peti debet. quod declaratur ibi, & nu. ſeq. & ſi negatur, datur appell. nu. 7.*
9 *Epiſcopi in quocunque loco ſuæ diœceſis maneant, reſidere dicuntur.*
10 *Eccleſia neq; propter morbum, vel aliã cauſſam ſuo obſequio fraudari debet.*

* REſidere habentes beneficiũ, etiam tenue, tenentur,vt dicunt omnes in cap.conquerente de Cleri.non reſi.& de communi
1 teſtatur Nauar.in Manu. Conf.cap.25.nu.121.à reſidentia † autem multæ cauſſæ excuſant relatæ ibi à Nauar. inter quas certum eſt
2 † morbum reponi.cap.2.& ibi gloſſ. de Cleri. non reſid.lib.6. vnde
3 infirmus † non reſidens percipit fructus. cap.1.& cap. ex parte extra de Cleri.ægro.cap.ad audientiam de Cleri.non reſi.vbi glo.& Doct.
4 dicunt, quod morbus fingit eum reſidentem,cum † fuit cauſſa proxima non reſidendi,alias non. vi.Syl. in verbo Reſidentia in fin. &

dicta

5 dicta in 1.par.cap.fin.circa finem. Nec dubito † quin licentia non residendi peti debeat, quæ in scriptis, gratisq; est concedenda, vt dicit Nauar. in loco citato in fin.numeri, videlicet, cũ quis vult abesse vltra tempus bimestre, nam intra hoc tempus Parochus abesse poterit absq; licentia cum caussa, quæ videatur ei iusta. vt bonis funda-
6 mentis ipse Nauar. ibi deducit. & † pro licentia non cogitur mittere extra Prouinciam, vt bene probat Natta cons.41.nu.3. & cum iuste
7 petitur, & denegatur, fitq; † præceptum de residendo, ab eo datur
8 appellatio. Fran. in cap. peruenit el 2. de appel. Sciasq; † quod cum Episcopi residere dicantur in quocunq; loco suę diœcesis maneant, vt probat Triuisanus decis.18.nu.9.in ciuilibus, si infirmantur, non debent exire diœcesim, si est ampla, & habet loca commoda curationi morbi. vide Benzon. in tract. de fuga, quæst.1.car.4.lit.A.& D.
9 Sed an † quis propter morbum habeatur pro residente in duabus Ecclesijs. docet Natt. in citato cons.41.nu.9. & affirmatiue cõcludit,
10 quod ego intelligo, dummodo † illæ debito non fraudentur obsequio, & subditi benè gubernẽtur. idq; præsupponit Nauar. vbi sup. in omni casu permisso non residendi. & in specie de ægroto id vult Graf. in decis. lib.2.par.1.c.97.nu.61.& quod ob morbum Episcopi non debeat sequi spirituale detrimentum gregis, tenet Card. Tolet. de Instr. Sacerd. lib.5.cap.4.

Summarium.

1 *Resignatio beneficij quæ requirat, vt valeat. anq; regula Cancel. de infir. resig. habeat locum, cum sit procurator ad resignandum num.2.*

1 RESignatio beneficij facta ab infirmo, vt valeat, effectumq; sortiatur, quæ requirat plenè ostendunt Gomes. & Mandos. ad regulam Cancel. de infirmis resig. mihiq; superfluũ videtur referre.
2 anq; † dicta regula Cancellariæ procedat in constituente procuratorem ad resignandum. docet Put. decis.360.nu.8.& 9.lib.2.

Summa-

Summarium.

1 *Restitutio in integrum datur ægrotis, etiam quod in caussa esset procurator. Ampl. vt nu. 2. & 3. & quando ipso iure eis succurratur. nu. 4. & 5.*

RЕstitutio in integrum sæpè ægrotis conceditur vt per Oddum
1 de Resti. in integrum. quæst. 11. art. 6. ita † vt nulla sit habenda ratio, quod in caussa esset procurator. ex decis. 26. num. 7. Benin.
2 Et tunc † multo magis cum absentia cum infirmitate concurrit. ex
3 eodem Oddo vbi supra quæst. 7. arti. 11. & 12. Item † morbus Aduocati, Procuratoris, siue alterius ad caussam necessarij iustam restitutionis caussam præstat. idem Oddus quæst. 12. art. 8. num. 32.
4 Ipso autē † iure ęgris succurritur, cum Iudex morbi notitiam habuit
5 * ex communi Vant. de Null. defectu iurisd. nu. 161. Nec † non aduersus lapsum temporis à testatore, seu pacto assignati ad opus perficiendum. Odd. q. 89. arti. 10. nu. 97. quem vide & Bal. in l. 1. in fin. C. de requi. reis, omninoq; Rim. iun. cons. 801. nu. 42. lib. 7.

Summarium.

1 *Retentio vnius rei pro alia quando detur, & competit pro expensis factis pro curando ægro. nu. 2.*
3 *Mariscalcus potest pro expensis, & mercede retinere equum curatum.*

1 RЕtentio vnius rei pro alia quando detur bene docet Bald. in l. fin. C. de commodato, & materiam retentionis fusè tractat
2 Neguſ. in tract. Pignorum in 4. memb. par. 5. dari autē pro † expensis factis pro curatione infirmi certum est ex Bald. in l. in restituēda. C. de peti. hæred. quē secutus est eius frater Petrus de duobus fratrib.
3 par. 11. nu. 121. & † mariscalcum, qui curauit equum meum posse eum retinere pro expensis, & mercede laboris idem Bal. firmauit in d. l. fin. in tertia illatione.

Summarium.

1 *Iter qua ratione faciendum ab infirmis, alijsque.*

Reuerti

1 REuerti ad locum cum quis tenetur, non debet intermittere iter, nisi sit infirmus, aut aliter impeditus. Fely. in cap. olim num.7. in fin. extra de except. facit l.continuus §. cum ita.ff.de verborum oblig.vbi dicitur, haberi in itinere faciendo rationem valetudinis, ita vt, ni fallor, recedendum sit à taxa ordinaria, quæ dat pro singulis viginti milliaribus vnam diem, & vnam in hebdomada pro requie, nempe dominicâ. Fely. vbi sup. Menoch. de arbi. casu 2. Mascar. de probat. concl. 1056. incip. Milliare.

Summarium.

1 *Rustici vilibus cibis vti debent, nisi sint infirmi. eisq; iura subueniunt, cum peritiores consulere non potuerunt. num.2. & non potuisse dicuntur propter morbum num.3.*

RVstici delicatis cibarijs minimè alendi sunt, sed cępis, ac fabis, vt post citatos dixi in tract. meo de Ludo Scacch. quæst. 11.
1 princ. nu. 11. quod ego † intelligerem, nisi essent infirmi ex doctrina Bart. in l. legatis. ff. de alim. leg. tunc enim eis nullo pacto puto concedendas esse cępas, & similia, licet non credam expedire eis nutrimenta ita delicata, vt nobilibus ægris dari solent, quæ fortè morbum augerent propter mutationem consuetudinis per text. in cap. non cogantur. 41. dist. hæc tamen Medicis relinquo. Et cum rusti-
2 cis † iura subueniant, cum peritiores consulere non potuerunt. Od-
3 dus de restit. in integ. par. 1. quæst. 10. art. 8. Scias † tunc peritiores consulere non potuisse, cum ægri fuerunt. Idem Oddus dicta quęst. 10. art. 9. in fin.



LITTERA S.

Summarium.

1 *Sacerdos cur Ciuitatem exire non debeat infirmis non visitatis. & tenetur retinere Eucharistiam paratam propter ægros, & quo pacto se habere debeat erga illos. nu.2. & quo ordine eos communicare.nu.3.*
4 *Debiles non recipiuntur ad Sacerdotium, sed recepti illud non ammittunt.*
5 *Sacerdos infirmus ab alio sumens Eucharistiam Stolam retinet.*

SACERDOS Parochialis non debet exire Ciuita-
1 tem non visitatis prius omnibus infirmis, ne † quis sine confessione, & Eucharistia decedat, vt dixit Panor. per illum text. in cap.1.in 4. not. extra de offic. Archi. concordat c. Presbyter de consec. dist. 2. Concilium Trid. sess. 13. cap. 6. necnon c. 3. extra de offic. Archipresb. vbi dicitur, custodem Ecclesiæ debere curare, vt in Sacrario Eucharistia propter infirmos non desit, ne fortè sine ea, & confessione morian-
2 tur. & quo † pacto Sacerdos se debeat gerere erga infirmos plenè docet Graff. in decis. cas. consci. par. 1. lib. 1. c. 26. per totum, ad quem
3 me refero. Quid verò agere debeat, & quo † ordine infirmum communicare, Oleoq; sancto inungere optime ostendit liber, ordo baptizandi inscriptus, in cuius fin. habentur plures salubres orationes per Sacerdotem dicendæ in visitatione infirmorum, vide ibi, & no-
4 ta, † quod sicut canones non patiuntur venire ad Sacerdotium debiles corpore, ita si quis in eo fuerit constitutus, & debilis fiat, & infirmus, ammittere non potest, quod tempore suæ sinceritatis acce-
5 pit, vt dicitur in c. præcepta dist. 55. Non est † etiam ommittendũ, quod vbi Sacerdos esset infirmus, & ab alio sumeret Eucharistiam, deberet habere stolam. glos. in c. Ecclesiastica constitutione 23. dist. vbi Turrecrem. non putat necessarium.

Summarium.

1 *Laicis necessitatis tempore, quæ permittantur de spectantibus ad Clericos.*
2 *Confirmationis Sacramẽtum à solo Episcopo confertur, & ieiuno, sed ieiunij propter morbum nulla habetur ratio. nu.3. & 4.*

Sacra-

SAcramenta fauore infirmorum sæpe à Laicis recipi possunt vide supra in verbo Baptismus. & circa hoc Innoc.& Panor. in cap.
1 quanto,circa fi.extra de consuet.hanc regulam firmarunt,quod † de spectantibus ad Clericos illud solùm necessitatis tẽpore Laicis permittitur,quod expresse eis apparet cõcessum.vide Card. à Turre cre. in c.bene dist.96.& Nauar.cap.7.in princ.de pœnit.dist.6.num.88. exemplaque concessorum peti à Graf.in decis.cas.consci.par.2.lib.1.
2 cap.1.nu.16.qui inter alia dicit,quòd † confirmationis Sacramentũ non nisi ab Episcopo,etiam necessitatis tempore confertur. qui ie-
3 iunus † confert, vt alia etiam Sacramenta ieiunium requirunt.cap.
2 honestum.22.q.2.c.liquido de consecr. dist.2. Licet † morbus præstet,vt nulla de ieiunio habita ratione manus imponi possit. Lãcel. inst.Cano.de sacra.Chris.§.accedent.

Summarium.

1 Salarium Medicis debetur, etiam pro tempore infirmitatis. num.2. Intell. vt nu.4.quid de salario anni cœpti.nu.3. an possit in alios vsus cõuerti.nu.6. sitq; communicandum cum fratribus nu.7. debeaturq; pro morbo incurabili.nu.8.

5 Licentia reuocandi domum Medico infirmo est concedenda.

9 Professores artium liberalium pro tempore morbi salarium consequi debent. Amplia, & declara, vt nu.11.

10 Auctor pro tempore infirmitatis, & absentiæ ab Illust. Ciuitate Maceratæ salarium consecutus est.

1 SAlarium Medicis deberi ab infirmis certum est,etiam non conuentum.Soc.sen.cons.196.per tot.lib.2. etiamq; si inuisi curati fuerint,Vrsil.ad Afflict.decis.123.vi. Caroc. de locato in tertia edit. par.2.q.2.& q.5.docet quo tempore sit soluendum.& quæst.seq.plures alias quæst.de salario Medicorum ponit,quæ non refero, præsertim,quia in pri. par. plenè de Medicis, & eorum salario scripsi c.49.
2 nonnulla tamẽ placet addere,& primo. Medicos † pro tempore infirmitatis posse salaria cõsequi.vt per Recentiores in l.diem functo. ff.de assess. & Panor.c.1.in fin.extra de Cler.ægro.vide Sum.Angel.
3 ver. Familia nu.2. Anque † salarium anni cœpti eorum hæredibus

debeatur plenè docet Ceph.conſ.70. & ſeq.vol.1. & Syluan.cõſ.28.
4 Caute † autem agunt Medici, dum ægrotant, ſi ſalarium conſequi volunt,ſi permanent in loco conductæ. ex Puteo de Syndi. ver. Salarium verſ. ſi officialis,vel impetrant licentiam reuocandi domum
5 teſte eodem. Quæ † licentia ex tam iuſta cauſſa non eſſet, me auctore,deneganda,ſi morbus vrgeret,alias non. nam communitates in hoc debent ſe reddere difficiles ad dicta per Bal. in l. ædem nu.8. C.loca. quia in Medico poteſt vnus caſus tantum valere, quantum mille. vt etiam curare debent,ne ſalaria Medicorũ in alios vſus con-
6 uertantur, † quod fieri non poteſt Bart.in l.vnica.C.de expenſ.pub.
7 lud.& in l.3.C.de his,quæ ex pub.collat.lib.10. An † autem Medici ſalarium veniat communicandum cum fratribus.docet Caroc.deci. 132. & pro negatiua confert Rom. conſ.469. nu.6. niſi eſſent ſocij omnium bonorum ad diem infra in verbo Socius. Numquidve
8 † debeatur ſalariũ pro morbo incurabili. & S. Antoninus in 3.par. Summæ tit.7. cap.2. §.6. deberi concludit, cum Medicus indicauit morbum eſſe talem. Et cum hactenus de ſalario Medicorum verba
9 fecerim,non eſt, cur negligam dicere † ſalarium deberi pro tempore morbi cęteris liberalium artium profeſſoribus, ſi in loco conductæ ſteterunt ex doctrina Put. ſupra citata, ſeu cum licentia ſuperiorum receſſerunt.ad cõgeſta per deciſ.Amati.Maceraten.52.& conſ.Surdi 42.lib.1. & ego ab Illuſt.Communitate Maceratæ,cuius almæ Rotę tunc Auditor eram, de anno 1601. pro iuſtitia in hoc obtinui,nam cum de anno 1600. cum eius licentia,& Superiorum ad Patriam reuerſus fuiſſem, deberemque reuerti ad Kal. Nouemb. morbo graui impeditus nequiui,& vix potui redire ad finem Martij,& tamen tã
10 † pro tempore morbi, quam reconualeſcentiæ, ſalarium integrum conſecutus fui,pro iuſtitia,vt dixi,quamuis ego pro gratia tunc recipere profeſſus ſim,vt recepi à benignitate honeſtiſſimorum d.Ciui-
11 tatis Conſiliariorum. Scias † autem ſalarium etiam pro tempore infirmitatis,& reconualeſcentiæ ad dicta in prima par.c.fin.num.4. peti tunc poſſe,cum ex publico eſt conſtitutum, ſecus ſi eſſet à parte promiſſum,quia non deberetur, niſi pro rata temporis, niſi eſſet cõſuetudo,vt deberetur etiam tempore infirmitatis. ita dicit Graff. in deciſ.caſ.conſci.par.1.lib.3.cap.8.num.6. citat Sylueſtrum in verbo Familia, quęſt.2.circa fi.qui mouetur auctoritate Bar. in l.diem functo nu.5.ff.de off.aſſeſſ.

Summa-

Summarium.

1 *Medicus assumens curam desperatam excusatur, non Aduocatus.*
2 *Pollutio nocturna ob sanitatem an desiderari, & procurari possit.*

SAnitas hominibus maximum esse bonũ dixit Plato in Gorgia, aliaque multa similia cumulaui in Epistola huius operis dedi-
1 catoria, non ergo † mirum si Medicus excusatur, qui curam desperatam assumpsit, licet Aduocatus non. vt post Fely. in c. pastoralis col.
2 vlt. extra de iudi. dixit Boer. decis. 323. nu. 25. An autem † ob sanitatem quis possit absque peccato desiderare nocturnam pollutionẽ. Nauar. cap. 16. nu. 6. putat posse. sed Tolet. de instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 13. Tutius esse dicit abstinere à tali desiderio procurare autem semper mortale secundum eum, etiam si ob sanitatem fiat.

Summarium.

1 *Scholaris relinquens studium propter voluptates vituperatur, secus si ob morbum.*

1 SCholaris relinquens studium propter voluptates, vt pleriq; faciunt, præsertim tempore carnis priuij, valde reprehenditur: secus si propter mortem parentum, & suorum, seu infirmitatem, aliamve iustam caussam. vt dicit Portius Iust. de excus. tut. in princ. nu. 23. in finem.

Summarium.

1 *Sententia non lata in loco solito est ipso iure nulla. limita, vt nu. 2. & 3. & in dubio pro infirmis ferenda. nu. 4. lataq; tamen contra, quam pro eis à Iudice sciente, & non expectante, est ipso iu. nulla. num. 5. Sed si morbum ignorauit, datur Restitutio. nu. 6. quid de sententia lata infra tempus luctus. num. 8.*
7 *Apostoli, si in termino præfixo non recipiantur, sententia etiam contra infirmum in iudicatum transit.*

Sen-

SEntentia in loco maiorum consueto ferenda est.l.penult.vti gl.
1 ff.de iust.& iur.& † aliter lata est nulla.c.fi.in fi.extra de sent. &
2 re iud. Vant.de Nullit.ex defectu process. nu.84. Fallit † in Præsidibus Prouinciarum,& Episcopis,qui,vbi volunt,ferre possunt. Bald. & Salyc. in l. si vt proponis. C. quomodo, & quando Iudex. Item
3 † in iudicibus inferioribus ægrotantibus.Bart.in l.1.nu.5.C.de sent. ex breui.reci.Rom.in repet.l.si vero.§.de viro num.76. in fi.ff.solut.
4 matrim. Sententiaque † in dubio pro ægris ferenda est.Sylua Nup. lib.6.rub.quomodo sit iudican. nu.17. & nu. sequētibus plene agit
5 pro quibus alijs in dubio Iudex pronunciare debeat. Qui † si cōtra infirmū sciens eam profert, est ipso iure nulla.l.quæsitum, vbi omnes.ff.de re iud.Papi.in forma sent.diff.glo.1.add.3. Mynsin.ample sing.obser.cent.4.obser.57.Gabr.Eugub.cons.50. lib.1. Immo est nulla,etiam si ad fauorem infirmi lata sit.glo.& Bar.in l.quæsitum.
6 ff.de re iud. Sin † autem Iudex morbum ignorauit, tunc sententia non est ipso iure nulla, sed contra eam infirmo competit restitutio
* in integrum. & ex communi Gabr.vbi supra,& dixi in ver. Restitutio Bec.cons.110.nu.2. Mohed.decis.2.tit.de appellat.& Doct. pas-
7 sim. Scias tamen quod † morbus superueniens in termino redeundi pro Apostolis non facit, quin sententia transeat in rem iudicatā. vt per Dominos de Rota decis.144. nu. 2.part.2. in nouissimis post Bal.in l.Eos.§.Apostolos.C.de appella.& Boer.cons.43.nu.9. Scias
8 † etiam sententiam infra nouem dies luctus defuncti latam nullam esse,licet non fuerit oppositum.Rim.iun.consil.179. per tot.citat.§. sancimus auth.vt cum de appel.cogno.col.vlt.

Summarium.

1 *Serui Infirmi à custodiam Dominorum excusantur.*
2 *Domini tenentur succurrere seruis Infirmis, neq; eos è domo eijcere, etiam si peste infecti sint nu.3.*

SErui tenentur Dominis custodiam præstare tam à domesticis, quam ab extraneis periculo capitis sui, aliter nulla domus tuta
1 esset, vt dicit tex.in l.1.ff.ad.S.C.Syllan. Sed † si morbo affecti præstare non possunt, excusantur.l.3.in prin.ff.eo. Vice versa Domini
2 † tenentur succurrere seruis ægris, & si negligunt, seruiq; languen-

tes

tes eijciantur è domibus, eorum dominio priuantur. l. vnica. §. sed ſcimus, vbi Saly. C. de lati. liber. toll. gloſſ. in l. fin. ff. pro dereli. Hoſt. in ſumma tit. de lang. expoſ. circa finem. dixi ſup. in verbo expoſiti.
3 Et prædicta † locum habere puto, etiam ſi ſerui peſte infecti ſint ad tradita per Epiſc. Benz. tract. de fuga lib. 1. q. 3. car. 98. quos è domo eijcere impium eſſe exiſtimo.

Summarium.

1 Infirmus excuſatur, ſi ſe in iudicio ſiſtere non poteſt, eiusq; fideiuſſor.
2 Fideiuſſor de repræſentando ad quæ teneatur remiſſiuè.

Siſtere in iudicio ſe ſi quis promiſit, & morbo impeditus non potuit, exceptione iuuatur. ex Caij ſententia, in l. 2. §. ſi quis in iu-
1 dicio vbi Doct. ff. ſi quis cautio. qua † etiam fideiuſſorem eius iuuari poſſe arbitror, ſi ægrotantem repræſentare non poſſit. inhumanum enim eſſet cogere aliquem ad eum ſiſtendum, qui ad certam, & veriſimilem mortem eſſet profecturus, ſi in carcerem conijceretur. vt poſt Gab. Eug. conſ. 181. nu. 21. dicit Eugenius conſ. 68. nu. 47. vbi alia docet ad excuſationem. Fideiuſſores de repræſentando. & ad
2 quæ † teneatur vide Affli. deciſ. 234.

Summarium.

1 Socius omnium bonorum pro parte agnoſcit expenſas Infirmitatis.
2 Mandatarius de rigore iuris non imputat mandanti morbi expenſas, ſed de æquitate ſic nu. 3.

Socius pro parte agnoſcere debet, ſi quid in Medicos impenſum ſit, dicit Vlp. in l. cum duobus. §. damna circa fin. ff. pro ſoc. con-
1 cordat l. Iulianum. ff. eo. Intelligo † ſi eſt ſocius omnium bonorum. Ludoui. commu. concl. lib. 1. concl. 53. verſ. Infertur decimo. Mozzius de cõtractibus tit. de Societ. pag. 103. omnino viden. Petrus de duobus fratribus, in 6. par. nu. 12. quęſt. 11. Rim. iun. conſ. 366. nu. 8.
2 lib. 4. Mandatarius † autem non imputet mandatori expenſas Infirmitatis, vel ſi à latronibus ſpoliatus ſit, vel res naufragio amiſerit.

hæc

hæc enim casui potius, quam mandato imputatur.l.inter caussas.§. non omnia.ff.mand.vbi glo.in verbo mandati rationem affert, cur aliter in socio disponatur.& tandem dicit de curialitate non esse ser-
3 uandam dispositionem dicti.§. non omnia vnde colligo † de vrbanitate,& æquitate mandatarium quoq; ex sententia gl.posse à mandante expensas infirmitatis repetere.hanc quæ opinionẽ vti æquiorem videtur sequi Laurent. in decis.Rotæ Auenio.126.videndus.

Summarium.

1 *Solutio facta pro infirmo inuito parit actionem.*
2 *Infirmus excusatur si tempore promisso non soluit.*
3 *Creditor an teneatur de nocte solutionem accipere, & num.seq.*
5 *Solutio facta Prælato moribundo successori non præiudicat.*

SOluens pro aliquo inuito non potest repetere.l.fi.C.de neg.gest.
1 l.si pro te. ff. mand. secus † si quid in medicos erogatum sit pro curatione infirmi inuiti.Rom.sing.124.tu habes vbi Add. concor.
2 colligunt. Item infirmus † à mora excusatur, si tempore promisso non soluit, cum non dicatur per eum stetisse. l.si pecuniam.ff.de cõdi.caus.dat.l.libertus.ff.de oper.libert.vide sup.in ver.Mora. Sciasq;
3 quod, etsi non leuis est dubitatio † nunquid creditor teneatur de nocte à debitore suo volente soluere, pecuniam recipere vt per Bar. & alios in l.more Romano.ff.de ferijs. Eugenius cons. 48. nu.40.
4 tamen certum est eum non cogi, cum † iusta viget caussa non recipiendi, exemplaq; refert Eugenius, eo loci num.41.& seq.morbus autem profecto eam præstabit.ad dicta in prima part. cap.7.
5 Item scias † quod solutio facta Prælato moribundo, & in extremis posito non præiudicat successori, vt probat Laurent.decis.Auenio. 117.nu.3.citat.Affli. decis.168.

Summarium.

1 *Sponsalia qui contraxerunt, coguntur matrimonium contrahere, nisi rationabilis caussa obstet, vt morbus.*
2 *Sponsa quandiù teneatur Sponsum expectare, antequam alij nubat.*

Sponsalia

SPonſalia purè contracta, etiam ſi non ſint iurata, operantur, vt
1 ſolui non poſſint, ſed † qui contraxerunt, vt ſe mutua coniugali affectione pertractent, niſi rationabilis cauſſa obſtet, compellẽdi ſunt. vt dicit Lancel. Inſt. Can. tit. de ſponſ. §. rurſus iuncta gloſ. in
* verbo compelli, vbi de communi teſtatur. Inter cauſſas autem, ob quas receditur, morbus connumeratur, vt docet Franc. Mar. q. 522. num. 2. part. 1. & Tolet. de Inſtruct. Sacerd. cap. 17. lib. 7. conſiderat morbi contagium, vt in lepra, morbo gallico, & ſimili. nec non de
2 formitatem notabilem. vt abſciſſio naſi. Item quod † cauetur in l. 2. C. de ſponſ. vt ſponſa ſponſum ſolum per biennium teneatur expectare, eoq; lapſo alij nubere poſſit, fallit propter morbum ſponſi l. ſæpe. ff. eo. tunc enim expectat, donec morbus ceſſet. Hoſt. in ſumma tit. de ſponſal. nu. 3. circa medium.

Summarium.

1 *Subſtituere infirmi poſſunt.*

1 SVbſtituere infirmis permittitur. vt docet Bal. in l. fi. ff. de excuſat. tut. confert. l. in metallum 22. cum ibi not. per Bar. ff. de pœnis. & ſcripſi plenè in 1. part. cap. 33. vide ibi, vt Carauitam ſuper 7. ritu Magnæ Curiæ nu. 2. & 3.

Summarium.

1 *Succeſſio aufertur ei, qui defuncto Medicos non adhibuit, ſed an ea, quæ ab in teſtamento defertur. nu. 2. cautè autem agit, qui ſperat ſuccedere, etiã ab inteſtato, ſi curam infirmi ſuſcipit. nu. 3.*

1 SVcceſſio, vti ab indigno, aufertur hæredi, qui Medicos defuncto infirmo non adhibuit. gloſ. in l. indignum. ff. de quibus, vt in-
2 dig. congerit Tiraq. de Nobilitate cap. 31. nu. 369. Et licet † ſucceſſione inteſtati ingratitudinis prætextu nemo priuetur, vt poſt citatos dicit Soc. ſen. conſ. 105. nu. 8. verſ. præterea ingratitudo vol. 3. Menoch. conſ. 256. nu. 12. lib. 3. & 431. in fine vol. 5. tamen quia iura admodum fauent infirmis, vt ex præmiſſis clare demonſtratum fuit, & in 1. & 2. par. huius operis fortaſſe ex hac ſpecie ingrati-

tudinis ab eis, qui ab inteſtato ſuccederent, auferretur hæreditas, iuxta ſcripta per Peregrinum de Priuil. fiſci lib. 2. tit. 10. num. 16.
3 & 17. Ideo † conſulo, vt qui ſuccedere ſperant quocunq; modo, curam infirmi ſuſcipiant, medicosq; adhibeant, neceſſariaq; miniſtrent ex charitate ſaltem, ſi non metu ammiſſionis bonorum. vt per Soc. in loco citato nu. 6.

Summarium.

1 *Cauſſæ miſerabilium perſonarum, & infirmorum ſunt ſummariæ.*
2 *Judex ex officio perſonas miſerabiles defendit.*

1 SVmmaria dicitur cauſſa miſerabilium perſonarum, ideo de plano, & ſine ſcriptis, ſportulisq; cognoſci debet. vt probat Aſin.
2 in ſua praxi ciu. §. 3. cap. 31. nu. 33. ipſeq; † iudex ſuo officio tales defendet. Cardi. in cap. religionem extra de relig. domibus, etiam ſine libello, & litis conteſtatione Alberi. in auct. offeratur. C. de lit. conteſt. idem Aſin. vbi ſupra §. 4. cap. 3. verſ. trigeſimo ſeptimo non requiritur. infirmos autem dici miſerabiles ample deduximus in pri. part. cap. 13.

Summarium.

1 *Surdi, muti, infantes & infirmi baptizari poſſunt alijs pro ſe profitentibus, & iſti æquiparantur nu. 2.*
3 *Muti, & Surdi à natura an ſanari poßint Doctores ſunt varij, Auctor Medicis relinquit.*

1 SVrdi, muti, infantes, & ægrotantes, qui per ſe reſpondere non poſſunt, alijs pro ſe profitentibus, rectè baptizari poterunt. vt dicit Lancel. Inſtit. Canon. tit. de Bapt. §. muti. vbi in gl. notat, ſupra-
2 dictas † perſonas æquiparari. ideo cum cauſſa plenè de iſtis tractaui in 1. par. c. 22. ſed dictis ibidem placet addere, quod Dec. conſ. 371.
3 num. 6. circa medium ſupponit, † mutos, & ſurdos natura vix ſanari poſſe, cuius cõtrariũ voluit Ripa in l. ex facto nu. 4. ff. de vulg. & pupil. & Menoch. conſ. 303. nu. 39. lib. 4. Ego autẽ Medicis relinquo.

Summa-

Summarium.

1 *Sacerdos infirmus committens alteri pecunia recepta nuptiarum benedictionem an committat Symoniam.*

1 SYmonia non committitur à Sacerdote infirmo, qui recepta pecunia alteri Sacerdoti commisit, cum ipse non posset, vt nuptias benediceret: si non habuit intentionem vendendi licentiam, neq; pro licentia plus fuit consecutus, quam sibi pro oblationibus, datum fuisset. ita post summistas docet Decia.in 1.part. tract. criminalium lib. 5.cap.84.nu.27.



LITTERA T.

Summarium.

1 *Tempus, quod regulariter continuum esse deberet, fauore infirmorum sufficit interpellatum.*

2 *Infirmus an post lapsum temporis admittatur.*



EMPVS positum, & requisitum à lege in dubio censetur continuum. l. capite quinto. ff. de adult. glo. sing. ff. de diu. & temp. præscri. cum alijs cumulatis per bonum. delic. cap. 1. nu. 3. vers. sed his. Hoc tamē
1 fallit † fauore infirmitatis, vnde si Doctor debet gaudere aliquo priuilegio, si legerit per aliquod tempus, vt Perusiæ, & morbo impeditus non legit cōtinuè, sed tempore interpellato, priuilegium consequetur. ex eodem Gomez. in loco citato. An autem
2 † post lapsum tēporis infirmus admittatur? & Franc. Caldas de restit. in integ. in verbo per quod pristinum vis nu. 5. probat, nōn cōparentem in termino præfixo ad accusandum propter infirmitatē, audiendum esse. vide tamen Oddum in eod. tract. de resti. in integ. par. 2. q. 89. art. 10. & supra in verbo Famulus.

Summarium.

1 *Infirmi, & senes sanæ mentis esse præsumuntur. ideo testari possunt. num. 2. licet in hoc multum arbitrio Iudicis concedatur. nu. 3. & facile ægri decipiuntur, vnde debent in sanitate testari, nu. 4. & in statu gratiæ. nu. 5.*

6 *Metus facile infirmis inferri præsumitur.*

7 *Testari aliquem prohibentes qua pœna puniantur.*

8 *Custodes armati ægro adhibiti quare credantur adhibiti.*

9 *Iudex tenetur vocatus ire ad domum infirmi testari volentis, qui non debet permittere grauiter ægrotantem blando sermone induci ad testandum. nu. 10. nec dissuaderi, ne disponat. nu. 11. curabitq; vocari testes cognoscentes testatorem. nu. 14.*

12 Dissua-

12 *Dissuadentes testatori, ne cui leget, peccant. lim. vt nu. seq.*

15 *Testamentum mulieris grauissime ægrotantis sine præsentia consanguineorum à statuto requisitorum, valet. & fauore infirmitatis valet testamentum, quod aliàs non valuisset. nu. 16. vt testamentum eius, qui mortem sibi consciuit. nu. 17.*

18 *Phrenesis superueniens testatori testamentum non irritat.*

19 *Reconualescentia testatoris non subuertit testamentum.*

20 *Morbus iuris dispositionem in testamentis suspendit, non tollit.*

21 *Testamentum tempore pestis conditum cum minori numero septem testium non valet.*

22 *Disponere in vita an dicatur, qui testamentum condit.*

23 *Testamentum multi facere recusant, vt insidias vitent.*

TEstamentum ęgroti, & senes cōdere possunt. Doct. in l. seniū. C. qui testamen. fac. poss. l. qui manus. ff. eo. cum moribundi,
1 † & senes sanæ mentis esse præsumantur. ample Mantica de cōiect. vlt. vol. lib. 2. tit. 5. num. 3. & 4. vide Menoch. cons. 311. vol. 4. vnde
2 † eorum testamentum valet, si articulatè loquebantur. Doct. in l. iubemus. C. de testamentis. Thob. insti. eo. tit. Gab. Rom. eo. tit. cōcl. 2. nu. 4. videndus. Soc. iun. consil. 156. lib. 2. Aym. 117. & 143. Burs. cons. 47. lib. 1. Bec. 86. & 102. ample in materia. Simon de Præt. de inter. vlt. vol. lib. 2. sol. 4. num. 24. & seq. Menoch. de arb. iud. cent. 1.
3 cas. 97. vbi † ab arbitrio Iudicis pendere dicit, an valeat testamentū grauissime ægrotantis. in materia. vide eundem Menoch. cons. 45. per tot. lib. 1. & de præsump. par. 2. præsumpt. 8. nu. 24. & seq. Crass. in §. Institutio. q. 17. Ceph. cons. 546. lib. 4. & insignem Rot. decis. 638. par. 1. in nouissimis Albam videndum cum amplis annotationibus addent. cons. 414. lib. 4. Bertaz. cōs. 102. per tot. lib. 1. ciuiliū. Ludou. concl. 59. in qua agit de testamēto facto ad interrogationē.
4 And. Fachineum controu. iuris lib. 10. cap. 17. Et quia † infirmi facilè decipiuntur, optime agunt, qui dum sani sunt, testantur, vel in principio morbi. vt dicit Nauar. in Manu. cōf. c. 26. nu. 36. Subditq;
5 ibidem, testamentum † condi debere in statu gratiæ, vt testator mereatur iubendo suffragia, aliaque pia opera pro sua anima fieri. & si testamenta à sanis conderentur, liberius fierent, & melius, quia consanguinei non possent Notarios, & testes auertere, vt sæpe fit, cum

graui

graui peccato, & obligatione restituendi, vt considerat ipse Nauar.
6 eo loci. faciliter namque † ægrotis metus infertur. vt dixit post citatos Manti. in d.tract.lib.2.tit.7.nu.4. vnde facilius prohibitio testãdi eis facta præsumitur, quam sanis. Paris.cons.67.nu.49.lib.3. vbi
7 agit † qua pœna ciuili, & criminali prohibentes aliquem testari puniantur, amplè in materia Anch.iu.quæst.famil.76. per totam omnino videndam par.1. Menoch.de arbi.cas.395.per tot.Soc.iun.cõsil.148.lib.2.Peregr.de priuil.fisci lib.2.tit.6.per totum.And.Fachineus controu.iuris lib.9.cap.4. & Menoch. cons.431. per tot.lib.5. consuluit in caussa graui Forosemproniense. & nu. 49. & seq. inter
8 alia dicit, quod † si agnati, & consanguinei infirmo armatos custodes adhibent, non ideo præsumi adhibitos ad impediendum testamentum, sed potius, vt ab ęgro vexationes remoueant, vtq; mobilia
9 soluentur. verum, vt omnis suspicio cesset, Iudex † tenetur accedere ad domũ infirmi, vt liberè testetur. ita dicit Asin. in tract. de executione cum agit de officio Iud.cap.111. car.54. qui non permittet
10 grauiter ægrotantem, etiam blando sermone † induci ad testandũ. nam licet non annulletur testamentum ob illecebras, & blanditias. l.fi.C.si quis aliquem testari prohi.id non procedit in articulo mortis, vt post Ceph.cons.276.nu.41.dixit Card.Mantic.vbi sup.lib.2.
11 tit.7.nu.4.in fi.minus † promittet, quod dissuadeatur testator bene inclinatus erga aliquem, ne ei relinquat, id enim fieri non potest. vt plene per Ias.in l.3.§.quamquam nu.7.& 8.videndum.ff.de con-
12 dit.caussa data. talesq; † ita dissuadentes in foro poli ad restitutioné teneri bene docet Medi.de instruct.Conf.lib.6. Rub.de imped. aliquem, ne bonum consequantur. ad qué me refero. & fortè dissuasio
13 † non esset improbanda, cum tenderet ad commodum liberorum, vel consanguineorum extremè egentium, quibus nullus esset, qui eos alere posset, quo casu testator tenetur ad relinquendum istis. ex Nauar.vbi supra nu.26.in fin. Iudex etiam, si erit præsens testaméto infirmi, curabit adhiberi testes cognoscentes testatorem, ad scri-
14 pta per Anch.iun. q.11. per tot. par.2. † quos teneri cognoscere, si testator sit sanus, vel infirmus dixit Simon. de Præt. in dicto tract. lib.2.fol.4.nu.119.car.89.per not.in l.si nõ speciali, & in l.iubemus.
15 C.de testamentis. & si erit pręsens sine dubio valebit † testamentũ mulieris grauiter infirmæ testantis sine præsentia consanguineorũ à statuto requisitorum. ad plenum cons. Corn.53.vol.4. concordat

Simon

Simon in loco citato car. 89. nu. 112. vnde colligo, quod videlicet
16 † testamentum, quod aliàs nõ valuisset fauore infirmitatis, & comprobo ex l. 2. C. qui testamenta fac. poss. vbi irritatur testamentum eius, qui mortem sibi consciuit, vbi erat de delicto imputatus, dum-
17 modo non ægrotaret. † tunc enim potius præsumi debet, quod se interfecerit ob morbi impatientiam, quam delicti conscientiam. vt mihi videtur sentire Bar. in l. 3. §. de illo nu. 2. in fi. ff. de bonis eorũ, qui mortem sibi consci. & de tali plenè Petr. Roizius in prima sua decis. Lituanica. Peregr. de priuil. fisci lib. 4. & 5. Menoch. de arbit.
18 iud. quæst. lib. 2. casu 284. Anch. iun. q. 22. per tot. par. 2. Scias † etiã phrenesim superuenientem testatori post explicatam voluntatem non eam irritare. Rota decis. 173. num. 8. part. 2. in nouissimis. per
19 l. si quis. ff. de testamen. Minus † irritatur testamentum per reconualescentiam subsecutam. l. fin. vbi Bal. & alij C. de posth. hær. Insti. Ias. in l. sancimus nu. 2. C. de testa. Mascar. de prob. concl. 1286. Inci.
20 reuocatio nu. 18. Scias præterea † quod propter morbi necessitatem in testamentis iuris dispositio suspenditur, non in totum tolli-
21 tur. l. casus, vbi Doct. C. de testam. vnde non valere † testamentum, etiam tempore pestis, cum minori numero septem testium latissimè probat Petr. Magdal. de numero testium in testamentis requis. cap. 11. amp. 8. per tot. pag. 127. & sequentibus, & hæc de testamentis dicta sufficiant, alia quædam concessa infirmis in materia colliges ex Gomes. ad reg. Cancel. de infirmit. resig. quæst. 9. priuil. 84. Anq;
22 † dicatur disponere in vita, qui testatur, docet Thesaurus decis. 209.
23 suntq; multi, qui testamentum facere recusant, vt † insidias vitent argum. l. cum pater. §. mando. ff. de leg. 2. vbi pater dat filiæ consilium, ne testamentum condat, quoad liberos tollat, vt ita sine periculo viuat.

Summarium.

1 *Testium fides augetur ex morbo. etiam si deponant in articulo mortis num. 2. intel. vt nu. 3. & bonum est examinari in principio morbi nu. 4.*

5 *Interrogatoria infirmis sunt abbreuianda.*

6 *Infirmus non probat contra inimicum. & quando ante litem contestatam ad perpetuã rei memoriam admittatur nu. 7. remissiuè vtrumq; cogatur testificari. nu. 8. & cogitur certè cum Iudex mittit ad eius domum nu. 9. &*

testes

testes infirmi effecti, dum veniebant ad deponen. curandi sunt expensis producentis. num. 10. & datur eis equus, si ad Iudicem venire volunt ad deponendum, sed venire non coguntur. num. 11. lim. vt num. seq. & si dicit, qui aliàs fuit æger, se non recordari propter morbum præcedentem, excusatur nu. 13.

14 *Examinatio est ipso iure nulla, si pars citata ad videndum iurare testes morbo impedita non venit.*

TEstes non solùm non minorem consequuntur fidem ex corporis maculis, & ægritudinib. vt dicit Didacus pract. quæst.
1 cap. 18. col. 12. verùm † morbus eis fidem auget. sup. ver. fides, Aym. cons. 6. num. 51. vbi affert rationem, quia infirmi Christiani solent cogitare de transmutatione domicilij, & animarum requie, vnde adduci non possunt, vt falsum deponant. & Aym. sequitur, & con-
2 cord. dat Farin. quæst. crim. 80. oppos. 40. nu. 107. vbi firmat, † etiam constitutum in mortis articulo admitti in testem, & plus ei credi. ibi
3 * tum nu. 112. ex communi asserit, † id totum arbitrio Iudicis relin-
4 qui post Menoch. de arbi. cas. 97. aliosq; citatos, vnde † cautè agit (secundum Cæpol. caut. 147.) qui ægrotantem in principio morbi
5 examinandum curat, si in sanitate non potuit. cui † propter morbũ, sunt abbreuiáda interrogatoria addent. Bar. in l. in lege. ff. ad l. aqui.
6 Natt. cons. 537. Nunquam autem † ei creditur contra inimicum. Gram. cons. crimin. 46. Rimin. iun. cons. 524. num. 41. lib. 5.
7 Et si scire cupis quando † valetudinarij ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam sint examinandi, legas Farinac. quæst. crim. 76. nu. 82. cum pluribus sequentib. Mascar. de prob. concl. 682. Gril. ample obseruatione 92. & seq. & 102. Lancel. de attẽt. app. pen. lim. 38. decis. Auenio. 83. Rol. cons. 25. lib. 3. Papi. & add. in libello ad æternam rei mem. Menoch. de præsump. par. 1. præsump. 54. qui omnes, ne alios referam, materiam hanc fusè tractãt cum varijs quæstionibus, positis à Canonistis in c. quoniã frequenter vt lit. nõ cont.
8 Sed quæro † an infirmi cogi ad testificandum possint, & non posse dicit Alberi. dé Malet. de testibus cap. 6. in princ. congerit Farina. q. crim. 78. num. 64. & nu. seq. subdit non cogi ad iudicem venire, sed
9 si † Iudex, mittit ad domum eorum, se examini subijcere arctantur, neq; possunt recusare. nisi dicerent se non esse mentis compotes. idẽ

Farinac.

10 Farin.quæst.37.nu.189. Et si † in itinere morbo correpti sint testes, ali, & curari debent expensis producentis. vt post adductos dixit Surdus de Alim. tit.1.q.62.nu.22. & tit.4. q.21.num.11.probat
11 † dari debere equum testi valetudinario, nempe cum venire intendit ad Iudicem, sed, vt dixi, non cogitur, sed Notarius transmitti debet. c.si quis extra de testi.Clar.in praxi quæst.26. vers.& aduerte. Mascar.de prob.quęst.5.nu.102.Grau.ad Vestr.lib.6.cap.61.nu.45.
12 Rota decis.256.nu.4.par.3.in nouissimis. Intel. † cũ isti testes sunt ita infirmi,vt ad Iudicem venire nequeant,alias secus.Abb.in d.cap. si qui.vbi Fel. & Aret. Farinac. quæst.crim.77.num.226. Quæro
13 † etiam si inductus in testem recusat deponere, quia dicit se non recordari ob debilitationem memoriæ ex morbo præcedenti, an sit audiendus? & eius excusationem admittit Nellus de testib.nu.226. sequitur Menoch.de præsump.lib.6.præsumpt.32.nu.4. sed ego reciperem, si de recenti à morbo esset liberatus, alias non. & in hoc
14 multum iudicis arbitrio condonarem.Scias præterea quod † si pars citata ad videndũ iurare testes morbo impedita non venit, examinatio facta est ipso iure nulla cap.in nomine Domini, vbi Fely.nu. 18.extra de testi.

Summarium.

1 *Tortura, etiam in exceptis, cur infirmis non inferatur. & quod de modica nu.7. & de verbali comminatione, funiq; applicatione nu.8.*

2 *Carcer simplex non dicitur tormentum, nisi compedes apponantur, quod non semper fieri debet.*

3 *Senes quando carcerandi, & torquendi, & nu.4.*

5 *Iudex in Syndicatu non tenetur, si infert torturam ex dicto Medicorum.*

6 *Tortura quomodo modica, vel magna consideretur.*

Tortura infirmis inferri non potest, vt post Cassonum de tormentis, aliosq; per eum citatos dicit Farinac. quæst.crim.41.
1 nu.93.& num.101.ampliat † etiam in criminibus exceptis. semper enim illa ratio militat, ne ægroti in tormentis deficiant, de quâ
2 Natta cons.319.num.3.vbi etiam dicit, † simplicem carcerem non dici tormentum, nisi in eo carcerati frigore affligerentur, manicæq;

 ferreæ,

ferreæ, & ferrei compedes apponerentur, quod fieri non debet in leuibus criminibus, & cum carcer est tutius. Menoch. de arbit. casu
3 305.nu.7.& nu.seq. probat † senes duro carcere non esse continendos. vt neque infirmi, vide supra ver. Carcerati. & de tortura seni nõ infligenda plenè Bertaz.cons.cri.342.nu.31.& 40.& cons.102.vbi
4 Claudius in addit.ait, senem illum excusari, cuius † corpus morbidum, & languidum est. vnde Iudex vocatis medicis corporis constitutionem considerabit, vt per Bald.cons.77.in fin. lib.3. & si medicus medio iuramento deponet, torturam ei sine periculo inferri
5 posse, inferet. Farin. vbi supra dicto nu.93.in fin. & † in Syndicatu non tenebitur. Put. de Synd. in verbo Tortura.3.cap.7. Sciasq; Tor-
6 turam dici † magnam, vel modicam, secundum quod tortus est robustus, vel debilis, vt pulchre per Gram.decis.34.nu.55.& sequentibus approbatum à Carrerio in pract.cri.§.Homicidium in vlt.part. nu.122. in fin.pag. mihi 569. viden. vnà cum Pereg. de priuil. fisci. lib.4.tit.8.nu.20. subditq; Gramm. eo loci citans Bal. in l.vni. C.de confess. confessionem valere, perseuerantia non secuta, cum tortura
7 fuit modica. Sed quæro † an talis tortura infirmo sit inferenda, & Franc.Mar.quęst.790.par.2.quem sequitur Baiar.in addit. ad Clarũ in pra.cri.§.vlt.q.64.nu.73. dicit, febricitantem febri quartana post diem febris leuiter torqueri posse, vt ex relatione medicorum executum fuit, ergo dum durat febris, neque etiam modica tortura in-
8 ferri debet, sed † bene verbalis cõminatio torturæ. ex Farin.d.q.41. num.106. Funi autem applicatio, & ligatio, me auctore, non. licet Farin. ibi num.107. admittat in sene. possetq; admitti in eo, qui vulnus in pectore habuit, passusq; fuit morbum Gallicum, quorum rationem habẽdam esse in inferenda tortura dixit Decian. resp.93. in fin.lib.2. vide tamen Ambrosinum originarium nostrum Forosemproniensem in suo processu infor.lib.4.cap.2.in fin.

Summarium.

1 Tractatus quid sit, & ad eum quando infirmi vocentur. nu.2.

TRactatus in alienatione rerum Ecclesiæ requiritur. c. sint.12. q.2.c.cum apostolica extra de his, quæ fiunt à maio. par.cap.
1 & in 6.eo.tit. cap.1. Tractatus autem † est discussio, an expediat res alienari.

2 alienari.glos. in c.tua extra.eod.tit. ad quam etiam ægrotos † vocari debere scribit Reodo. de rebus Eccle.non alie. tit.de tract.num.62. quod forte procedit, si sunt in loco. ad scripta supra in verbo Electores nu.2.alia de tractatu dicit Menoch.de arbit.iud.quęst.cent.5. casu 470.

Summarium.

1 *Triremes fortes homines requirunt, ideo ægri non recipiuntur, & recepti dimittuntur dato substituto.*

2 *Intell. l. in metallum damnati.ff.de pœnis.& nu. seq.*

4 *Iudex an cogatur dispensare super pœna, cum potest.cui permittitur pro quauis minima caussa pœnam minuere.nu.5.*

Triremes fortes homines, sanos, & robustos requirunt, vt notum est. ideo si ad eas damnati infirmi † essent, non essent
1 transmittendi,& transmissi, dato substituto, dimittendi. Put. videndus de Syndic.in verbo condemnatio vers. Iudex. citat. l.in metal-
2 lum damnati.ff.de pœnis. † vbi videtur considerari, quod damnati diù pœna functi sint, quo casu, si in morbum incidát, à Præside dimittantur, ergo non ita indistinctè, vt ait Put. neque à quouis Iudice inferiore. vt per Carrer.pract.crim. §. Homicidium. par.vlt.nu. 122.in fin. pag.mihi 569. & seq. vide eum, & Pereg. de priuil. fisci
3 lib.4.tit.8.nu.20. An autem † ipse Præses cogatur dimittere, & non cogi probare videntur cumulata per Ang. de Malef. in ver. quas si non soluerit nu.8.& per Tiraq. de pœnis temper.caussa 45. vbi ait,
4 Iudicem posse,† sed non cogi dispensare super pœna statuti de manus amputatione, si ita infirmus, & debilis ille sit, qui deliquit, vt si ei manus amputaretur, vitam finiret. idem nouissime voluit Farin. quæst.crim.41.nu.102. in fine. & in senibus id ipsum probauit Fa-
5 bius Monteleonius de priuil. senect. cap.7.num.5.additque † Iudicem posse pro quauis minima caussa pœnam minuere. citant. cap. tempora 27. quæst.7. quando autem cogatur colliges ex Gomez. delic.c.1.nu.63.Foller.in addit.ad Spec.Marantę par.4.an Iudicium sit ciuile, vel criminale.nu.83.circa medium.

Summarium.

TVtela, cum sit munus publicum. Instr. de excus. tut. in princ. omnes arctat. l. nullus. C. de decurio. lib. 10. §. 1. vbi glos. inst.
1 de tut. Morbus † autem nedum à suscipienda tutela, sed etiam à suscepta excusat. l. non solum. §. fin. ff. de excus. tut. C. qui morbo se ex-
2 cus. per tot. Magon. decis. Florent. 43. nu. 6. & † quem voluerit tutor actorem suo periculo, Prætor constituet. §. fin. inst. de curat. actoris itaque constitutio propter morbum permittitur, aliamve similem caussam. vt dicit Iosephus Ludou. decis. Perus. 4. in princ. vide Bart. in l. decreto. ff. de admi. tut. Bursat. cons. 133. num. 62. lib. 2. Vant. de
3 Nullit. defect. mand. nu. 147. Et ad † tutelam miserabilium personarum suscipiendam etiam Clerici, & religiosi coguntur, qui aliàs non cogerentur. glo. in cap. peruenit 86. dist. ergo etiam infirmorũ.
4 vt in prima par. cap. 13. & † Episcopus potest esse istarum tutor, nõ vt administret, sed ad honorem, vnde honorarius dicetur, addent. Panor. in cap. ex parte num. 8. extra de appellat. & morbus excusat
5 † tutores, si inuentarium non confecerunt. vide supra in verbo In-
6 uentarium. An † autem maritus possit esse curator vxoris infirmę? & non posse constat per l. 2. C. qui tut. dare possunt. idque per plures rationes allatas ibi à gloss. & Doct. & Vincentio de Franchis decis. 348. num. 5. part. 2. qui illam veriorem dicit, quia cum curatores aliquando cum infamia reuocentur, scandala orirentur in matri-
7 monio. Subditque propter eandem rationem † vxorem non posse esse curatricem viri mente capti. Et cum de mente capto, sermo

incidërit,

8 inciderit, quæro an † ex datione curatoris ſimpliciter à Patre, facta filio maiori 25. annis argumentum capi poſſit de furore filij? & poſſe videtur per ſcripta à Decio conſ. 86. nu. 7. quod intelligerem non habere locum, cum tempore dationis filius ægrotaret, cui potius cenſerem curatorem datum propter morbum, quam ob furorem. ex deciſ. prima in fin. Ludouici part. 1. Peruſinarum. confert. l. qui habent in fine principij. ff. de tut. & Spec. tit. de curat. §. dantur
9 autem num. 1. dum ait † Curatorem datum minori potius ratione
10 ætatis, quam furoris datum cenſeri. Scias præterea † morbum præſtare excuſationem à pœna non petiti tutoris. Soc. iun. conſil. 16. num. 35. lib. 2.



LITTERA

LITTERA V.

Summarium.

1 *Vanagloria quando ſit peccatum mortale.*

1 VANAGLORIA ſæpè eſt peccatum mortale, vt cum ex ea ſequitur notabile damnum proximo, exempli gratia, cum medicus ignarus multum laudatur ab aliquo, ex quo totus populus ad eum cócurrit, quem ipſe curare neſcit, mortaliter peccat, niſi laudem refutet dicendo veram non eſſe. vt docet Illuſtriſs. Cardi. Tolet. de Inſtru. Sacerd. cap. 7. de Vanagloria car. 959.

Summarium.

1 *Vaſallus à quibus propter morbum excuſetur.*

1 VAſallus ſi morbo impeditus intra annum inueſtituram non petijt, à pœna priuationis excuſatur. cap. 1. quæ prima cauſ. benef. amitt. fuit. inuito Bal. in §. vaſalli de pace Conſtantiæ. Item excuſatur ſi eodem reſpectu Domino non præſtitit ſeruitia debita. Rebuf. in l. morbus col. 2. ff. de verb. ſig. per tex. in l. qui cum. §. fi. ff. de re mil. ibi, datur venia valetudini, ſicut excuſaretur ſi Dominú non defendiſſet. Bal. in c. 1. col. 3. verſ. tertio quæritur. Quibus modis feu. amitt. Careri. §. Homicidium par. 4. pag. mihi 358. nu. 58. in ſua pract. criminali, vide ſupra in ver. Serui.

Summarium.

1 *Venatio fauore morbi permittitur Clericis, quæ regulariter interdicitur.*

VEnatio perſonis Eccleſiaſticis interdicitur cap. 1. & 2. extra de
1 Cleri. Venat. ſi autem † eunt venatum, vt excitent appetitum amiſſum propter morbum præcedentem, non reprehenduntur. vt

per

per Graf. in decis.casuum consci.par.2.lib.3.cap.3.num.9.in fine,& dixi in meo Dialogo de venatione, lingua vernacula scripto.

Summarium.

1 *Venditio bonorum infirmi absentis quo pacto fieri debeat. & quo pacto rescindatur.*
2 *L.inuitum.C.de contrah. empt. quibus casibus restringatur.*
3 *Venena pro infirmis impunè vendi possunt.*

VEnditio bonorum debitoris cum fraude latitantis licet creditoribus concedatur. l.fulcimus in princ.ff. ex quibus caus. in
1 poss.eatur. † contra ægrotum tamen non ita faciliter, nam diligens adhibetur caussæ cognitio, cum datione procuratoris.l.si quis instituatur.§.fi.vbi Bar.nu.7.ff.de hæred.instit. & hoc pro priuilegio infirmorum annotauit Gomes.ad reg. Cancel. de infir. resig.quæst.9. princ.priuil.47.Itē pro priuilegio nota rescindi venditionem Medico ab ægro factam, licet non vltra dimidiá læsio interuenerit.Pinel. in l.2.par.2.num.3.C.de rescin.vend.congerit And.Fachineus controuer. in lib.2. cap.25. & de communi testatur, quam intelligit in
2 graui morbo. Item † ęgrotantium fauore restringitur. l.inuitum.ff. de contrah.empt.ad scripta per Rip.de remed.ad curandam pestem. num.2. Vnde Domini inuiti cogi poterunt iusto precio vendere necessaria ad salutem ægrotantium,vt pullos,oua recentia,& cætera huiusmodi.aliàs limitationes ad d.l.ponit Capra req. 87. Did.vari.
3 resol.lib.2.cap.3.nu.5.& cum sunt vtilia ægris sine pœna † venduntur venena.Bonacos.de equo. quæst.459.

Summarium.

1 *Verba fuisse prolata animo disponendi, morbus, & amicorum conuocatio ostendunt.*
2 *Amici sunt ab infirmis vocandi, & cur.*

1 VErba fuisse prolata animo disponendi, non iocosè, morbus, conuocatioq; amicorū ostendit. vt docet Corneus videndus

cons.

conſ.149.Viſis nu.10. & ſequentibus vol.2. per tex. in l.Pamphilo. §.propoſitum.ff. de leg. 2. de cuius intel. plura dicit Ripa poſt alios in l.1.§.ſi quis ita nu.8.& ſeq.ff.de verb.oblig. & Simon de Præt.de Inſer.vlt.vol.lib.2.dubit.2.pag.mihi 113.num.38. & ex d.tex.nota
2 † ægrotos debere amicos conuocare, quia ab eis magnã conſolationem percipient, illiq; non deberent expectare vocationem.vide infra ver.viſitatio.

Summarium.

1 *Vicarius quæ poſſit ratione infirmitatis.*

1 VIcarius alium ſibi ſubſtituere non poteſt cap.Clericos extra de off.Vic. Niſi ægrotet Guid.Papæ.quæſt.374.nu.6.Sbrot. de Vicario Epiſcopi lib.2.quæſt.66.num.17. Ampl.etiam ſi officium exercere non cœpiſſet. Bal.in l.aliquando in princ.ff.de off.proconſ. & ſubſtitutus cenſetur reuocatus ſecuta recõualeſcentia,idem Sbrot. q.34.num.3.& quod vnus ex Vicarijs incœpit poteſt ex iuſta cauſſa alius finire.Bar.& Bal.nu.10.in l.1.ff.de off. conſ.

Summarium.

1 *Vicinus æger, & abſens non præſumitur ſcire facta vicini.*

1 VIcinus præſumitur regulariter ſcire facta vicini.cap.quanto extra de præſumpt.cum vulg.fallit cũ eſt infirmus, vel abſens. Alex.conſ.82.nu.10.lib.3.congerit Maſcar.de prob.in cõcluſ.incip. Vicinus nu.14.& 16.numero ſublimitat, vt locum non habeat in morbo leui per l.quæſitum.ff.de re iudi.

Summarium.

1 *Virginitas quo pacto perdatur, vel non.*

1 VIrginitas per voluntarium, non per violentum coitum amitti videtur.nam voluntate de medio ſublata omnis actus eſt indifferens.

differens. Bal. in l. fœdissimam per illum tex. C. ad l. Iul. de adult. non ergo desinit esse virgo, cuius virginalis claustri eruptio facta est medicinali arte ita morbo exigente. vt docet Mascar. de probat. in cõcl. incip. Virginitas. nu. 7.

Summarium.

1 *Visitatio infirmorum dilectionem firmat, & auget charitatem. nu. 2. ideo licita etiam tempore pestis. nu. 3. & præcipuè ad amicos pertinet. nu. 4.*
5 *Mortem, & morbum optare an vnquam liceat.*
6 *Exhæredatio an tollatur ex visitatione facta à filio exhæredato patri ægro.*

VIsitatio Infirmorum inter opera misericordię connumeratur. Matth. 25. & Eccles. cap. 7. in fi. dicitur. Non te pigeat visita-
1 re infirmum, quia † in dilectione firmaberis. nam, vt ibi notat Card.
2 Hugo, Charitas † crescit ex operib. misericordiæ. ideo licebit ęgros
3 visitare etiam tempore † pestis. vt probat Siman. de heret. tit. 18. nu. 30. quamuis enim se mortis periculo visitantes exponant, idest prę-
4 ter intentionem, vt ipse considerat. Amiciq; † præsertim ad visitandum tenentur, & cõtra eos prohibentem malè præsumi dicit Alba cons. 691. nu. 4. lib. 4. caueant autem visitantes propter cõmodum, quod ob mortem infirmi eis contingere posset, ei mortem optare,
5 † quia peccarent. Nauar. in Manu. Conf. cap. 15. nu. 10. qui subdit, quod delectari propter vtilitatẽ, quæ proueniret ex morte, non propter ipsam mortem non esset peccatum. quin etiam, subiungit, licet optare etiam mortem, morbumq;, vt fiat conuersio ad Dominum,
6 vel alio bono respectu. vide eum. & scias quod † ex visitatione filij facta patri infirmo censeretur sublata præcedens exhæredatio, cum pater eum recepisset, secus si ingredi non potuisset ad eum. vide tradita per Cottam in memor. suo incip. Filiusfam. qui à patre. & Alex. cons. 159. nu. 11. vol. 7. Rim. iun. cons. 186. col. fin.

Summarium.

1 *Vnctio extrema cur sic dicta, eius descriptio. nu. 2. & effectus. nu. 3. & quare vnctus non semper sanetur. nu. 4. anq; iteretur in eodem morbo. num. 5. & vtile est, si æger illam cognoscat. nu. 6. & potest violenter dari. nu. 7. vbi declaratur. Sed an vulneratis. nu. 8. & quæ partes corporis vngantur. nu. 9. & per quos ministros. nu. 10.*

Mm Vnctio

1 VNctio extrema dicta est, nõ quod in extremis posito tantum impertiri debeat, sed quod post peccatorum cõfessionem, & acceptam Eucharistiam, nouissimum Sacramentorum Christiano conferatur, vt docet Illustriss. Card. Baronius Annal. Eccles. tom. 1. car. 716. vbi duplicem vnctionem refert, vide eum. & nota descriptionem huius Sacramenti à Nauar. traditam in Manu. Conf. c. 22.
2 nu. 12. quæ est talis. † dicitur Sacramentũ, quo Presbyter vngit certas corporis partes infirmi, probabiliter periclitantis, oleo cõsacrato certa verba cum debita intentione proferendo. & ex declaratione singulorum verborum dictę definitionis posita ab ipso colliges re-
3 quisita huius Sacramenti, quod † operari non minus interius sanitatem animæ, quam corporis dicit Lancel. Inst. cano. tit. de extrema
4 vnct. cur autẽ vnctus † non semper à morbo resurgat amplè docet Plouius de Sacram. par. 5. c. 1. nu. 5. & Grisal. in decis. fidei. ver. Vnctio extrema nu. 5. ait, salutem corporis esse effectum minus principalem Sacramenti, principalem autem esse salutem animæ, ideo sa-
5 natur corpus cum expedit animæ. Sed an † æger pluries in eodem morbo vngi debeat, & non debere, nisi morbus vltra annum protrahatur, in diuersis verò morbis sic probat Plouius vbi supra nu. 4.
6 Et Conradus in resp. casuũ consci. q. 270. vtile esse ait, † si æger Sacramentum cognoscit, licet etiam non cognoscenti, & agonizanti dari possit, si erat deuotus. vt ipse ex mente D. Tho. aliorumq; ostẽ-
7 dit. & dicit Graff. in suis decis. lib. 1. cap. 26. nu. 28. pri. par. † infirmũ ligari posse, & sibi violenter dari hoc Sacramentum, cum propter phrenesim non permitteret se vngi. scilicet cum absque irreuerẽtia fieri potest, & ante phrenesim expresè, aut tacitè petierit, neque in peccato mortali notorio insanierit. ex Nauar. in loco citato nu. 13.
8 Sed an † vulneratis hoc Sacramentum conferatur, & conferri, cum post vulnus in infirmitatem inciderunt probat Lancel. Inst. Cano. tit. de extrema vnct. in gl. in ver. grauiter. vide Steph. de Gaeta inter repetentes canonicos in c. ad limina. 7. q. 1. & Io. Gerson in Summa
9 lib. 4. qui explicat, quæ † partes corporis infirmi vngendæ sint. &
10 ab habente curam animarum † talem vnctionem fieri debere, non à Religiosis. dicit Card. à Turre crem. in c. interdicimus. 16. quęst. 1. Laiciq; sunt penitus exclusi. Abb. c. quanto in fi. extra de consuet.

Summa-

Summarium.

1 *Vota infirmorum tenent, nisi sint rationis expertes. item valent facta à coniunctis pro ægris. nu.2. sed morbus præstat caussam cõmutandi, vel differendi vota nu.3.*

4 *Regula generalis ad cognoscendum an valeat, votum, iuramentum, promissio, & lex.*

5 *Votum de peregrinando nudus cur non valeat.*

6 *Reo quando credatur dicenti vouisse religionem ante delictum.*

VOta ab infirmis valide fieri possunt.c.sicut vbi Abb.extra de
1 regul. nisi † tanta sit infirmitas, vt ab vsu rationis alienet.
2 Nauar.in Manu.Conf. c.12. nu.52. Et multo magis † tenent vota facta à consanguineis in infirmitatibus suorum.Graf.in decis.casuũ
3 consci.par.2.lib.2.cap.12.num.10. Morbus † autem est iusta caussa commutandi votum.ex Croto videndo cons.406.vol.3.nu.10. seu saltem differendi,donec impedimentũ cesset.vt dicit tex. in c.quod super his.§.1.extra de voto.vide Abb.in c.si vero,col.2. extra de iu-
4 reiur.& nota regulam traditam à Graf.vbi supra nu.14.quod † cum quid vouetur,vel promittitur,ex quo salus corporalis,vel spiritualis amittitur,vel peccatum mortale incurritur, votum nõ est seruandũ, sicut nec iuramentum,pactum,vel promissum,consuetudo, lex,aut simile vinculũ. ideo Nauar.in loco citato.nu.37.in fi. damnat votũ
5 de peregrinando † nudus tempore hyemis, quia valetudini corporis maximè officeret. licet in Patria mea in vigilia S.Antonij de sero, etiam terra niui oppleta, plurimi nudi soliti sint se conferre ex voto
6 ad Ecclesiam dicti Sancti. Scias etiam quod † consuetudo non recipit cautelam Rei,qui vt vitet forum Iudicis sęcularis,dicit ante delictum religionem vouisse.Farin.q.cri.8.nu.114. Fallit cum vouisse iuraret tempore grauis morbi,de quo cõstaret, quia tunc eius dicto iurato standum esset secundum eundem Farin. eo. loci. Item scias, quòd vouens Religionem, vel peregrinationem, si à Deo sanetur, habita sanitate tenetur implere.Card.Tolet.de Instru.Sacerd.lib.4. cap.18.vers.conditionale est.

Summarium.

1 *Vulnus ægroto inferens facilius de occiso tenetur, quàm si sano inferretur. ideo Aduocati in defensione non debent articulare infirmitatem.nu.2.*
3 *Vulneratus quando ex vulnere mortuus præsumatur.*
4 *Iudex vocat Medicos pro habenda notitia vulneris, & iubet præstari necessaria pro curatione vulnerati.nu.5.*
6 *Vulnerans quando à pœna occisi excusetur.*

1 VVlnus inferens ægroto de occiso facilius tenetur, quã si sano inferret, in cuius corpore non fuisset lætale. vt probat Ioseph. Ludo.decis.Lucæ 62.nu.22.per tex.in l.qua actione.§.si quis seruũ, & ibi Flori. ff.ad l.Aquil.Ang. in tract. de Malef. in verbo ex inter-
2 uallo nu.6.vbi per hoc † damnat volentes Reos defendere, si capitulant, quod vulneratus erat ęgrotus.vi.Foller.in praxi cri.ver.capiat informationem.nu.70. Sciasq; multos sentire contra Flor. & Ang. relatos per Carer. in sua pract. §. Homicidium. vers.quotuplex q.4. nu.12. inter quos citat Cuma.cons.174.& Cępol.cons.cri.61. volẽtes dictum §. si quis seruum procedere in lege Aquilia, quoad dãni æstimationem, secus quo ad pœnam.l.Corneliæ.vide Hippo. Rim. cons.121.nu.22.lib.2.& 799.nu.33.lib.7.in quib. cons. plenè agit,
3 quando † vulneratus pręsumatur ex vulnere mortuus, in qua quęst. plurimum versatur Iudicis arbitrium, vt ample per Menoch.de arb. iud.q.casu 274.per tot. vide Mascar.de prob. concl. mihi 1078. per tot.incip.optimo rerum vsu.& Baiar.in addit.ad Clar.in §.Homici-
4 dium, qui alios referunt. Iudexq; † vt habeat iudicium Medicorum circa vulnus an teneatur mittere extra ciuitatem, vi.Pasethum cons. 202.nu.61.quos potest vocare etiam die feriata.Ias.in l.1.§. sed excipiuntur nu.12.ff.de ferijs.& punire male referẽtes.idem in l.arbitro
5 nu.19.ff.qui satisd.cog.debetq; † pręterea Iudex prouidere pro qualitate personæ vulnerati, & quantitate bonorum vulnerantis, vt necessaria pro curatione præstentur. Rebuff.de sent. prouis.art.1.gl.4. per tot. ad hæc enim vulnerans, aliaq; tenetur. vt per Rol.consil.39.
6 per tot.vol.2. à pœna † autem occisi excusatur, cum vulneratus per incantationes se curari fecit. Ferret. in tract. de Medela conseruandi exercitum nu.31. cuius negligentiam vulneranti nõ imputari dicit Sebast.Med.de fort.casib.par.1.q.9.nu.26.

Summarium.

1 Vxor tenetur sequi virum alio migrantem, nisi pactum sit in contrarium, quo nō obstante caussa infirmitatis obligatur. nu. 2. quia debet viro infirmo seruire nu. 3. & si est negligens an legatis priuetur nu. 4. cum sequentibus. anq; à viro in infirmitate alenda sit nu. 8. & sequentib. nunquid autem pro sanitate viri, & propterea peccet patiens se à medico carnaliter, cognosci. nu. 14. & 15. anq; possit se inebriare nu. 16.

11 Diuortium temporale caussa morbi non improbatur.

12 Coniuges quando à cohabitatione, & redditione debiti liberentur. qui debent esse participes infortuniorum. nu. 13.

VXor tenetur maritum alio migrantem sequi. c. vnaquæq; 33. quæst. 2. ample Menoch. de arbi. cas. 469. Fran. Marc. q. 740.
1 par. 2. Sed valet † pactum tempore matrimonij factum de stando in certo loco. Abb. in cap. 1. extra qui matrim. accus. poss. Vrsil. ad Affl.
2 decis. 307. nu. 7. Quo † non obstante, si oporteat virum recedere propter morbū, capitalesuè inimicitias, vxor eum sequi debet. Diaz. neg. 800. cap. Tholos. q. 87. Nauar. in Manu. Confess. cap. 14. nu. 20.
3 Teneturq; † ei in morbo seruire. etiam in his, quæ suæ conditioni non conueniunt. contra Nattam, cons. 462. nu. 12. Surd. de Alim.
4 tit. 4. q. 29. nu. 12. quæ autem † sibi in cura negligenti obijci possint ad exclusionem legatorum, plenè docet Natt. cons. 462. per tot. in omnibus approbatus à Iosepho Ludou. in sua concl. 24. col. 6.
5 Eademq; † ferè locum habebunt contra alios in cura infirmi negligentes. vi. Mascar. de proba. concl. 1035. & 1280. & Pereg. de Priuil. fisci lib. 2. tit. 3. num. 16. nec non cons. 63. inter cons. diuers. vlt. vol.
6 tom. 1. Et † multo magis contra negligentes in curanda anima, Simon de Præt. cons. 113. col. fi. vers. alia præ cæteris lib. 1. Scias ta-
7 men quod † qui fundat se in negligentia, nedum debet probare Medicos corporis, & animæ adhibitos non fuisse, sed quod in loco
* extabant, ita vt adhiberi potuissent, vt ex cōmuni docet Surd. cons. 39. nu. 19. vol. 1. & in tract. de Alim. tit. 1. q. 33. ponit declarationes.
8 Sed an † & quādo vxor infirma à viro alenda sit, docent Doct. in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. Gabr. Eugub. cons. 145. nu. 5. lib. 2.

Campeg.

Campeg.de exact.dotis.q.61.Osasas. decis.137.num.17. Mascar.de prob.concl.77.per totam. Surd.de Alim.tit.1.quæst.33.per totam.
9 Et profecto † si vult consequi lucrum dotis,tenetur ei, vir necessaria prouidere,& Medicos. Alex.viden.cons.123.per tot.lib.7.& quam-
10 uis vxor † seorsum à viro habitans non sit alenda. Gui.Papæ q.439. num.6. Fallit tamen in tract.153.cum propter morbum recessit.vt
11 dicit Caball.milleloquio.689. non † improbatur enim diuortium temporale caussa morbi, quia nõ tendit ad soluendum coniugium. vt asserit Decia.cons.33.vol.2.& dicunt add.Bertaz.cons.crim.228. lit.D.ex veriori,& æquiori opinione Theologorum, & Canonista-
12 rum recipi, quod † quando ob infirmitatem, & morbum alterius coniugum, alter illi cohabitando, debitumq; reddendo periculum vitæ incurreret,non tenetur cohabitare,neq; debitum reddere.vide eos, qui exemplificant in morbo Gallico post Alci.in rub.ff.sol.matri.nu.16.& Natt. cons.24. per tot. & faciũt pulchras distinctiones, & inter alia dicunt,quod cum vir non habet vlcera fœtida, non debet deseri.& ego nunquam desertionem consulerem,quia coniuges
13 † infortuniorum debent esse participes. l. si cum dotẽ. §. si maritus. ff.solu.matri.& ad hoc propositum vide cap. si vxorem 32.quæst.5.
14 Sciasq; quod † si vxor,vt vir sanitatem recuperet, eo suadente,passa sit se à Medico carnaliter cognosci, malè egit, (nullum enim peccatum ratione morbi permittitur. D. Thomas in 1. quolibeto art.20. vers.sed contra) sed quo ad virum excusatur.glo.in cap.concubuisti 33.quæst.7.Franc.Marci.quæst.729.nu.2.par.2.vide Benzon.tract.
15 de fuga lib.1.pag.100.vers.3.concl.Amplia vt † non liceat id agere mulieri ad recuperationem sanitatis propriæ ad tradita per Benzo.
16 ibi. an verò † hac de caussa possit se inebriare, docet Armilla ver. Ebrietas num.5.



LITTERA

LITTERA X.

Summarium.

1 *Xenodochia, & Nosocomia quæ sint, anq; teneantur dare victum & vestitum. nu. 2. & ex quibus signis religiosa probentur. num. 3.*

1  ENODOCHIA, & Nosocomia sunt loca, in quibus peregrini recipiuntur, pauperes, & ægroti curãtur. l. Illud. C. de sacros. Eccl. Lancel. Instit. Cano. tit. de Relig.
2 domibus. An † autem ibi pascantur, & vestiantur. & Lapus de Castel. in tract. de Hospit. nu. 14. videtur tenere, quod pauperes solum recipiantur, leprosi verò, & ægri pascantur, & susten-
3 tentur. alia habentur supra in ver. Hospitalia. & † ex quibus signis talia loca religiosa probentur docet Mascar. de probat. concl. 869.



LITTERA Z.

Summarium.

1 Zelus sumitur pro amore carnali, de quo Auctor plura scripsit in tract. de Ludo Scacch. nu. 2.

3 Tractatus de infirmitate, quando cœptus, & completus.

1 ZELVS, & Zelotypia aliquando sumitur pro amore carnali. vt ait Alber. in Dictionario verbo Zelus, & Decian. tract. crim. par. 2. lib. 9. cap. 2. num. 11. de quo plura dicit Tiraq. in 16. lege connubiali, & ego
2 † ample de amore verba feci in meo tract. de Ludo Scacch. quæst. 9. princ. nu. 89. cum seq. anq; communione priuetur, qui ex amore occidit, & non priuari, si ægrotat, probat. cap. si qua mulier dist. 50. vide supra in verbo communio. Et ita te vnicè amando, beneuole Lector, finem operi impono, quod legum Scholaris
3 † inchoaui, & anno 1589. perfeci, ætatis meæ vigesimo octauo, ad laudem Dei Opt. Max. Virginis Gloriosissimæ, Diui Michaelis Archangeli, aliorumq; Patronorum meorum, totiusq; Cœlestis Curiæ.

FINIS.

